



Divi Ioannis Chrysostomi de orando Deum, libri duo

<https://hdl.handle.net/1874/455413>



3

DIVI IO-

ANNIS CHRYSOSTOMI

de orando Deum, libri duo,

Erasmio Rot. interprete.

Adiunctus est iisdem modus orandi
Deum, autore Erasmo.

MICHAEL HILLENIVS

Exaudebat. An. M D. XXV.



REVERENDO IN CHRISTO

patri ac D. D. Maximiliano à Burgondia
abbati Mittelburgensi ERAS.

ROT. S. D.

Inter multa commoda quæ literis debemus re-
uerende pater, illud non arbitror esse postre-
mum, quod in orbe penè dixerim alio constitutum,
per eas tamen cum amicis colloqui possumus. Emiserat
mus nuper libellum de modo orandi Deum, talibus
enim argumentis quæ non multum adferunt laboris,
& ad pietatem maxime conducunt, senectutem nostram
exercemus, iam ueluti solent athletæ, cum ingrauescit
ætas inissionem ambientes. Is ubi per manus omnium
uolitar et, non sine gratia, commodum inter Chrystos-
mi lucubrationes reperi duas orationes eadem de re, non
dum latine uersas. Illico mihi gestijt animus uidere, quam
inter nos conueniret in eadem materia uersantes. Sic
opinor afficiã pictores quoties deprehendunt aliquem
non uulgarem artificem, in eodem laborasse argumen-
to, in quo laborarunt ipsi. Iuust enim hic collatis ta-
bulis animaduertere, ubi par fuerit artis facultas, ubi
superior, ubi inferior. Verum hac collatione mihi quis
adeo non placui, ut si licuisset, meam tabulam pro-
sus abolitam uoluissẽ. Rutubam diæres cum Apelle
commissum. Quis enim illius eloquentiam plusquam
auream assequatur, etiã si propositũ exemplar conetur
emulari? Et tamen multum uigoris addere solet ingre-

ERAS. EP. AD MAXI. ABBAT.

hij emulandi contentio. Quo magis mihi uisus sum for
nixa cum camelo compositus, cum nullus adfuisset stimu
lus, qui meam ositantiam expergefaceret. Sed hac de
re tuum potius expecto iudicium, idque quo certus fa
cias, ut ito simul & græca, ne quis causari possit, me ma
le uerte nolo hoc egisse, ut mea minus displicerent. Verū
utcumq; huius estimationis cadet alea, uia sc̄e mihi uide
bor, se sensero quam plurimos hoc meo labore ad frequē
ter orandum, uel excitatos, uel redditos alacriores. Nam
tue quidem pietati sacbam huiusmodi stimulis nequa
quam opus esse, qui pietati, quam alij uix multo diuti
noq; studio possunt discere, natus esse uidearis. Etenim
iuuenis ex aula subito translatus ad monasterium, sic in
hoc uite genere te gessisti, ut modestia, sobrietate, casti
monia, religione superares & illos q in schola religiōis
conseruerunt. Nusquam in tuis moribus ullum iuuentu
tis tue uestigium, nusquam aulicæ consuetudinis reliq̄e,
nusquam generis quod à Philippo Burgondionum ducē
tū Boni cognomen additum accipimus, clarissimum ducē
tū ullum superalium. Nimirum hæc erat nature tue
sinceritas, quam nec aula consuetudo potuit corrumpere,
cum sint tam multi, quos in mūdo humiles ac frugali
ter educatos, nō dicam abbatis dignitas, sed monachi cul
tus ac uictus corrumpat. Quid autem eo contentu po
test esse iucundius, cum uestem undiq; candidam, nucus
tute candor, uel æquat, uel superat? Pertractus es ad istud
uite genus, quod intelligeres tibi nō fore liatum, ut pri

IO. CHRYSOST. DE ORANDO
us esses monachus quàm abbas. Talibus ingenijs tuto cõ
mittuntur episcopi munia, quibus non alia functio sana
etior inter mortales, qui nequaquam sibi dignitatẽ uindi
cant ex munere, sed incorruptis moribus ipsi dignitatẽ
muneri suscepto conaliant. Bene uale, Basilee tertio
Calend. Aprilis. Anno M. D. XXV.



S. IOANNIS CHRYSOSTOMI DE
orando deum, Liber primus,
Eras. Rot. interprete.



Vplici nomine par est dei famulos
& laudibus uehere, & suscipere.
Primum quod spem salutis in sana
etis preabus collocarunt, deinde
quod laudes reliquosq; cultus, quos
deo cum gaudio simul & tremore
consucuerunt offerre, interciderere passi non sunt, sed
literis prodita superesse uoluerunt, quo suum thesau
rum in nos uelut hereditaria successione transfunderent
quo uidelicet omnem posteritatem ad sui prouocare poss
sent emulationem. Conuenit enim ut & preceptorum
mores ad eos dimanent, qui cum ipsis habent consuetu
dinem, & prophetarum discipuli, eorumdem iustitia in

DEVM, ERAS. ROT, INTERP.

referre uideantur. Id autem fiet, si per omne tempus pra
tionibus, ac dei cultui, studioque pietatis dediti uiua
mus, hanc uitam, hanc sanitatem, hanc opulentiam, hanc
honorum omnium summam existimantes, uota nostra offer
re deo, synaero, puroque corde. Etenim quemadmodum
sol lucem prebet corpori, sic animae lumē est precatio.
Proinde si caeco damnosum est, non intueri solem, quan
to grauius damnum est homini Christiano, si non assi
due deprecatur, neque Christi lucem orando in animum
suum inducat? Iam uero quis non obstupescat et admi
retur tantam benignitatem ac beneuolentiam, quam in nos
homines declarat deus? qui mortalibus tantum honoris
largiatur, ut dignos nos habuerit, qui cum ipso colloqua
mur, nostraque uota apud ipsum deponamus. Nam uere
profecto cum deo confabulamur, quoties uacamus depre
cationi, per quam simul et angelis copulamur, et soe
tatem quam cum brutis animantibus habebamus, pro
cul effugere uidemur. Angelorum enim opus est depre
catis, superans interim etiam illorum dignitatem, si tamē
maius est angelorum dignitate colloquium miscere cum
deo. At qui quod id sublimius sit, ipsi nos docent, multo
quidem cum tremore uota sua offerentes, ceterum non
sibi exemplum praebentes, unde sciamus ac discamus, quod
cum tremore, id facere oporteat. Tremore quidem dum
metuimus, ne uideamur indigni qui deum precibus allo
quamur, rursum gaudio repleamur, reputantes honoris

IO. CHRYSOST. DE ORANDO

magnitudinem, quod deus mortalium genus, tanta ac ta-
 li sua cura dignatus sit, ut assidue diuino colloquio frui-
 licat, per quod etiam illud assequimur, ut & mortales,
 & temporarij esse desinamus, natura quidem mortales,
 sed colloquio conuictuq; quem agimus cum deo, ad im-
 mortalem uitam transeuntes. Ne esse est enī, ut q̄ cum
 deo familiaritatem habeat, superior euadat, & morte,
 & omnibus quæ corruptioni sunt obnoxia. Et quem ad
 modum nullo pacto fieri potest, ut q̄ solis radijs fruiatur
 non effugiat tenebras, ita nulla ratione fieri potest, quin
 qui cum deo consuetudinem agit, desinat esse mortalis.
 Siquidem ipsa dignitatis sublimitas, nos ad immortalita-
 tem transfert. Etenim si qui cum Cesare miscent sermo-
 nes, familiariterq; cum eo uersantur, & hoc honoris ab
 illo sunt adepti, non possunt esse pauperes: multo minus
 fieri potest, ut qui deum deprecantur, cum eo familiarite-
 ter colloquentes, animas habeant mortales: Nam mors
 quæ est impietas, ac uita pugnās cum lege diuina. Ex
 quo consequitur, animæ uitam esse dei cultum, ac uitam
 eo cultu dignam. Porro uitam piam, ac dei cultu dignam
 thesaurum recōdit animis nostris. Etenim siue quis tur-
 ginitatis amore tenetur, siue quis studet amplecti hono-
 rabilem coniugij castimoniam, siue quis meditatur iniu-
 re frenum iracundiæ, & cum mansuetudine familiarita-
 tem habere, siue quis cupit ab inuidentiæ luce purus esse:
 deniq; si quis aliud quippiam facere studet, quod ad re-

DEVM, ERAS. ROT, INTERP.

de uiuendum pertinet, duce precatione, ac huius uitae ui-
 am preparante, commodum simul & facilem habitu-
 rus est pietatis carsum. Neq; enim fieri potest, non po-
 test, inquam, fieri, ut qui postulans à deo pudicitiam, ius-
 titiam, mansuetudinem, ac benignitatem, non assequan-
 tur id quod petunt. Petite enim, inquit dominus, & dabi-
 tur uobis, quaerite & inuenietis, pulsate & aperietur
 uobis. Quisquis enim petit, accipit, & qui quaerit inue-
 nit, & pulsanti aperietur. Ac rursus alibi: Quis est, in-
 quit, ex uobis, à quo si filius petat panem, det illi lapidē?
 aut si piscem postulet ille, porrigat illi serpenti? Quod
 si uos cum sitis mali, nostis bona manera dare filijs ue-
 stris: quanto magis pater uester coelestis, dabit spiritum
 sanctum his qui hunc ab ipso petunt? Talibus quidē di-
 ctis, ac tali sp̄, prouocauit nos ad orandū uniuersorum
 dominus. Nos uero deat obtemperantes deo, semper
 omnem uitam in laudibus dei, precibusq; transigere, ma-
 iore studio curam agentes diuini cultus, quam uitae no-
 strae. Sic enim contigerit semper uiuere uitā homine di-
 gnā. Quisquis enim non orat deum, nec diuino collo-
 quio capit assidue frui, is mortuus est, & uita carens, ex-
 persq; sanae mentis. Nam hoc ipsum euidentissimū est
 argumentū amentiae, non intelligere magnitudinem hu-
 ius honoris, nec amare deprecandi studium, nec hoc ha-
 bere persuasum, quod animae mors sit, nō puolui addi-
 gena. Quemadmodum enim corpus hoc nostrū, si non
 adsit anima, profecto mortuum est ac foetidum, sic ania-

IO. CHRYSOST. DE ORANDO
ma, nisi seipsam inātet ad orandum mortua est, ac misera
ra & grauius olens. Quin insuper quod oportet quā
uis morte tristius existimare, si quis deprecatione priuē
tur, pulchre nos docet Daniel ille propheta magnus, qui
maluerit emori, quā triduo duntaxat arari ab orandi
do. Nec enim hoc exigebat ab eo rex Persarum, ut impi
etate admitteret, tantum illud obseruabat, si quis intra
triduum quicquā petere deprehenderetur, ab illo deo
rum aut hominū, praterquam ab ipso. Sed propheta ne
tantulum quidem temporis sustinuit ab orando & sere
Propterea quod nisi deus p̄pensus sit in nos, nihil omnia
no honorū in animas nostras uenire possit: dei ueri pro
pensio simul adiuuat labores nostros, hosq; pulchre
subleuat, si conspexerit nos amare precandi studium, si
continenter orare deum, si uiderit expectantes, omnia
bona nobis illinc defluxura. Itaq; cum uidero quempiā
nō amantē orandi studiū, nec huius rei feruida uehemē
tiq; cura teneri, continuo mihi palam est eum nihil egre
gie dotis in animo possidere. Rursus ubi quē conspexer
o insatiabiliter adherentem cultui diuino, idq; in sum
mis damnis numerantem, si non continenter orauerit,
ac dei templum. Etenim si uestitus hominis, si pedum
inaccessus, si risus dentium declarat, qualis sit, quemadmo
dum sapiēs dixit Solomon, multo magis deprecatio cal
tusq; dei, signum est totius iustitię, cum sit ornatus spiri
tualis ac diuinus, multam pulchritudinem ac decorem

DEVM, ERAS. ROT. INTERP.

condilians mentibus nostris, dum unius cuiusq; uitã com-
 ponit, nec sinit quicquam sordidum aut absurdum domi-
 nari nostro animo, dum persuadet reuereri deum, & ho-
 norẽ quem illi debemus prestare, dum docet uniuersam
 mali spiritus imposturam reijcere, turpes & absurdas
 cogitationes profligans, deniq; dum cuiusq; mentẽ con-
 stabilit in contemptu uoluptatum. Nam hæc superbia
 sola docet eos qui Christum uenerantur, uidelicet nulli
 seruire turpitudini, sed mentem seruare in libertate, mo-
 rumq; puritate. Arbitror itaq; auctis esse manifestum,
 quod simpliciter impossibile sit, absq; preactionis presi-
 dio cum uirtute degere, cumq; hac huius uite cursum per-
 agere. Etenim qui fiat, ut quis uirtutẽ exerçeat, nisi con-
 tineret ad eam, & supplex ad genus accidat ei qui uir-
 tutem omnem suppeditat ac largitur hominibus? Rur-
 sum qui fiat ut aliquis concupiscat esse temperatus ac iu-
 stus, nisi lubens cum eo consuetudinem & colloquium ha-
 beat, qui cum hæc, tum his etiam plura exigit à nobis?
 Quin & illud paucis demonstrare uolo, quod etiam si
 nos peccatis refertos precatio deprehenderit, celeriter
 purgatos reddit. Quid itaq; maius aut diuinius obtinge-
 re possit, quàm deprecatio, cum hanc animis egrotanti-
 bus pharmacum quoddam esse liqueat? Itaq; primi oc-
 curre Niniuite, quos clarum est, deprecationis presi-
 dio plurimorum scelerũ, quibus diuinam iram in se pro-
 uocarant, remissionem accepisse. Simul enim atq; illos
 accepit deprecandi studium, ilico iustos reddidit ac aui-

IO. CHRYSOST. DE ORANDO

tatē quæ iam assueuerat lasciuia, malitiæ, breuiter uitam
 exlegē & impiã uiuere, statim correxit, nimirū pote-
 tior diutina peccandi consuetudine, cum diuitiam illo-
 rum coelestibus legibus impleisset, pariter secum traher-
 bat temperantiam, humanitatē, mansuetudinē, caritatēq;
 pauperum. Nec enim sustinet deprecatio absq; his uir-
 tutibus uersari inter pauperes, sed in quorumcunq; pe-
 ctore sibi domicilium delegerit, eos reddit plenos omni-
 iustitia, erudiens & exercens ad uirtutem, ac malitiam
 omnem propellēs. & sane si quis tum ingressus fuisset
 diuitiam Niniuitarum, qui prius eandem probe nouis-
 set, nequaquam agnouisset eā: A deo repente à turpissia
 ma uita ad pietatem resilierat. Quemadmodum enim
 si quis mulierem mendicam, sordidis pannis uestiri solita-
 tam, post aureis uestibus ornatam uideret, nequaquam
 agnurus sit mulieradam: ita si quis eam diuitiam pri-
 us nouisset mendicam, hoc est, uacua omnibus thesauris
 spiritualibus, nimirum ignorasset quænam esset illa
 diuitas, in qua transmunda tantum ualuisset depreca-
 tio, ut & mores & uitam ad uirtutē reduceret. Iam ue-
 ro & mulier quædam, quæ totum uitæ tempus in lasci-
 uia & impudicitia peregerat, simulatq; se proiecit ad
 pedes Christi, salutem assecuta est. Proinde deprecatio
 non solum purgat à peccatis, uerum etiam ingentia pe-
 ricula depellit: siquidē ille rex simul & ppheta mirabi-
 li ope, non alijs armis, exeratum munitens, atque ita traha-

DEVM, ERAS. ROT. INTERP.

didit suis militibus potiri uictoria, quietis interim, ac se-
 curis. Quemadmodum alij quidam reges incolumitatis
 sue spem ponere consueuerunt in militum peritia, &
 arte belligerendi, in sagittarijs, in cataphractis, in equis
 tibus: ita magnus ille Dauid, sanctis precibus mœnium
 uice suam anxietatem exeratam, nequaquam respiciens impe-
 ratorum, tribunorum, ac centurionum ferociam, neq; pe-
 cuniam colligens, nec arma comparans, sed orando diui-
 nam armaturam è cœlo deportans. Nam uere est cœle-
 stis armatura deprecatio, quæ deo funditur, solaq; firmâ
 custodiam præbet his, qui sese deo tradiderunt. Siquis
 dem cataphractorum & robur & peritiam, tum sagit-
 tatorum experientiam, atque in prodendo hoste calli-
 ditatē, sepe numero ludit ac frustratur uel ipsa belli fâcies
 uel hostium fiducia, cumq; his alia permulta: ceterum
 deprecatio armatura est inexpugnabilis, ac tutissimum
 nec unquam fallens munimentum, pari facilitate, uel u-
 num repellens militem, uel innumerabilia hostium mi-
 lia. Quandoquidem admirandus ille Dauid, de quo
 modo diximus, Goliath illum immanem, quum ueluti
 demon quissimam formidandus irrueret, non armis,
 neque gladio, sed precibus deiecit, usque adeo regibus
 quidem aduersus hostes in prælijs ualida arma sunt de-
 precatio. Quin eadem & nobis æque ualida sunt ar-
 ma aduersus demones. Sic & Ezechas superior euasit
 in bello, quod illatum est à Persis, cum non armaret ex-
 ersitum, sed preces tantum opponeret hostium multa

IO. CHRYSOST. DE ORANDO

stituti: itidem & mortem effugit, ubi cum qua deo
 religione se deo prosterneret, solaq; deprecatio regi de-
 dit, ut reuiuisceret. Iam uero quod animam peccatis ob-
 noxiam, deprecatio facile puram reddit, docet nos publi-
 canus ille, qui petijt à deo remissionem peccatorum, &
 impetrauit. Quod si deus corpus morbo corruptum ca-
 leriter sanauit, multo magis animam, quæ morbo tenta-
 tur, humaniter sanabit. Etenim quæto pretiosior est ani-
 ma corpore, tanto magis consentaneum est, hæc deo ma-
 iori curæ futuram. Quamquam innumera recenseri pos-
 sint exempla, tū uetera, tū noua, si quis uelit oēs enu-
 rare, qui deprecationis beneficio seruati sunt. Verum ali-
 quis forsitan ex eorum numero, qui socordie se gignitq;
 dedit, nolunt attente ac diligenter orare, persuasurus sit
 in hoc deum illa uerba dixisse: Non omnis qui dicit mi-
 hi domine domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui
 facit uoluntatem patris mei qui est in caelis. At qui ego
 si crederem solam precatōnem ad salutē nostram sufficere,
 non iniuria sermonem hunc nobis obijceret aliquis.
 Nunc cū pfiter deprecationē caput esse bonorū om-
 nium ac radicem uitæ frugiferæ, nō est quod quisquam
 illis uerbis abutatur ad excusationem suæ socordie. Neq;
 enim sola temperantia potest homini salutem adferre, si
 cetera desint bona, neq; cura pauperum, neq; benigni-
 tas, neq; quicquam aliorum quæ cum uirtute geruntur,
 sed oportet ut omnia simul concurrant in animas nos-
 tras. Cæterum precatō, ac radix & basis, omnibus

DEVM, ERAS. ROT. INTERP.

ceteris subternitur. Neq; secus ac nauem & domum, ea
 que substrata sunt, ualida reddunt, ac ne soluantur conti-
 nent, ita nostram uitam orandi studium coninet, & ue-
 diq; firmam reddit, adeo ut absq; hoc nihil nobis boni
 possit contingere, neq; quod ad salutem conducat. His de
 causis Paulus tanto studio non cessat huc adhortari nos
 dicens: Deprecationi instate, uigilantes in ea cum gratia
 ram actione. Atq; alibi iubet, ut atra intermissionem o-
 remus, in omnibus gratias agentes. Hec est enim, in
 quit, uoluntas dei. Ac rursus alio in loco: Orate omni
 tempore, in spiritu in hoc ipsum uigilantes, cum omni in-
 stantia & obseruatione. Adeo multis ac diuinis uocibus
 ad orandum nos prouocat ille apostolorum primæps. De-
 at igitur, nos ab illo doctos, cum precatione uite arsum
 peragere, atq; hac mentem assidue rigore. Siquidem hac
 omnes homines, nō minus opus habemus, quam arbores
 aquarum humore. Neque enim ualent ille fructus pro-
 ducere, nisi bibant humorem radiabus: neque nos pre-
 cationis pietatis fructibus poterimus esse gauidi, nisi pre-
 cibus irrigemur. Quapropter oportet, & stratis rella-
 tis, diuino altu præuenire solis exortū, & cum ad men-
 sam accedimus, & cum nos ad nocturnam quietem recia-
 pimur: Quin potius oportet, singulis horis unam preca-
 tionē offerre deo, ut orandi arsum diei arsum æquet.
 Cæterum hyberno tempore decet etiam noctis maximā
 partem precibus impendere, ac flexis genibus, multo cū
 tremore instare deprecationi, hoc ipso nos beatos existi-

IO. CHRYSOST. DE ORANDO

mantens, quod dei cultui uacamus. Dic mihi, quae fronte solem intueberis, nisi prius adoraueris, qui lumen illud dulcissimum oculis tuis mittit? Quo pacto frueris mensa, nisi prius adoraue ris eum, qui tibi tantum bonorum largitur ac suppeditat? Qua spe trades te ipsum nocturno tempore, qualibus cum insomnijs putas tibi esse fore, ni te ipsum praemunieris orando, sed incaustoditus ad somnum accesseris? Nimirum contemptibilem captumque facilem te ipsum praebis sceleratissimis spiritibus, qui continentur obambulant obseruantes nos, ut si quem deprehenderint nudatum deprecationis praesidio, protinus abripiant. Si nos conspexerint deprecatione communitos, ilico resiliunt, non aliter quam praedones ac fauorosi, ubi conspiciunt militis gladium in caput suum uibrari. Quod si contingat aliquem esse nudum deprecationis praesidio, hic auulsus deportatur a demonibus, et in calamitates uariaeque mala impellitur. Oportet igitur ut haec omnia metuentes, precibus et hymnis semper nos ipsos arcuuallemus, ut deus omnium misertus, dignos efficiat regno caelorum per unicum filium suum cui gloria et imperium in secula seculorum. Amen.

DE PRECATIONE

Liber secundus.

Quod omnis boni caput sit deprecatio, quodque salutis ac uitae aeternae coadiutrix, nullus est omnium qui ignoret. Attamen operae pretium est, ut adhuc per uiribus de hoc negotio disseramus, quo qui iam assueverunt in precibus uitam agere, ac diligenter cultui diuinis

DEVM, ERAS. ROT. INTERP.

no animum aduertere, oratio nostra reddat magis at-
tentos. Rursum qui hactenus incogitantius uixerunt, at-
que animum neglexerunt, preceationis presidio destitu-
tum, simul & ante acti temporis iacturam cognoscant,
nec in reliquū uitæ tempus scipsos p̄gāt priuare salute.
Protinus igitur illud occurrit omnium maximum, quod
de preceatione dicere possumus, quod quisquis orat, cum
deo colloquitur. Quantæ enim dignitatis sit hominē cū
deo misere sermonem, ne minē latet: cæterum eā digni-
tatem oratione consequi, nemo prorsus ualeat, quando-
quidē hic honos etiā angelorū superat maiestatem, quod
ipsi probe intelligentes apud prophetas describuntur
oēs multo cū tremore, laudes & cultū domino offeren-
tes, facies quidem ac pedes ob ingentiē reuerentiā tregen-
tes, uolatu uero dū non ualent in quiete manere, magnū
tremorem declarantes: nimirū & nos illud interim do-
centes, ut tantisper dū oramus, humanæ naturæ obliui-
samur, sed occupati mentis alacritate simul & tremore
re, nihil respiciamus rerū presentium, sed existimemus
nos in angelorū medio consistere, idemq; sacrificiū cum
illis peragere. Nā in reliquis multū discriminis est in-
ter conditionem illorum & nostram, siue naturam ex-
pendas, siue uiuendī genus, siue sapientiam, siue intelli-
gentiam, siue quicquid aliquis recensere possit. Cæte-
rum orare commune est opus angelorum pariter &
hominum, neque quicquam interest inter nostram na-
turā & illorū duntaxat quod attinet ad deprecationē.

IO. CHRYSOST. DE ORANDO

Hæc te separat ab multis animantibus, hæc te sociat angelis: Quin facile fiet, ut quis in illorum ciuitatē transferatur, in illorum uitam & consortium, ad illorum honorem, nobilitatem, sapientiam, & intelligentiam, qui per omnem uitam precibus ac diuino cultui uicere studuerit. Quid enim possit inueniri sanctius, his qui cum deo commercium habent, quid porrò iustius, quid ornatius, quid sapientius? Etenim si qui cum sapientibus uiris colloqui solent, propter assiduam consuetudinem, breuiter transmutantur, ut illorum prudentiam referant, quid dicere conueniat, de his qui cum deo colloquia miscent, eius sua uota deferentes? Quanta sapientia, quanta uirtute, quanta prudentia, quanta bonitate, quanta morum equitate, replet illos precatio & obsecratio? Proinde nequam aberrarit à uero, si quis affirmet deprecationem esse causam omnis uirtutis & iustitiæ, nequæ quicquam eorum quæ conferunt ad pietatē uenire posse in animam, cui nō adsit deprecatio & obsecratio: Sed quemalio modo ciuitas quæ muris anctā non est, facile uenit in potestatem hostium, propterea quod prorsus absit, id quo fuerat hostium incursus arandus, sic & animam non muram precibus, diabolus facile in suam redigit dittonem, nec multo negotio omni genere scelerum implet. Nam primum quidē ad animam precibus communitatem non audet propius accedere, metuens robur ac fortitudinem, quā illi deprecatio subministrat, magis uegens animum, quā abus uegetat corpora. Ad hæc qui pre-

DEVM, ERAS. ROT. INTERP.

tantur serio, non sustinent quicquã admittere indignum
 preatione, sed reuerentes deum, qui cum modo colloca-
 ti fuerant, ato repellunt omnem mali spiritus molitia-
 nem, apud se reputantes quantũ scelus sit eum, qui pau-
 lo ante sermonẽ cũ deo miscuerit, quiq; ab eo pudicitia-
 ac sanctimoniam petiuerit, ex templo ad diabolum defra-
 are, sed adq; uoluptates in animum admittere, ac dia-
 bolo prebere aditum in illud pectus, quod paulo ante
 deus inuiserit, ac demonijs concedere irruptionẽ in ani-
 mas, in quas spiritus sancti gratia, plurimam exercuit
 benignitatẽ, ac solitudinem. Veruntamen illud auscul-
 ta, supra uires hominis est, ferre cum deo colloquium,
 nisi adsit uis & actus sancti spūs, sed oportet illo præ-
 sente, sanctiq; conatibus auxiliante, ita demum ingre-
 di, ac flectere genua, postremo orare ac deprecari. Post
 quam enim maius est hominis uiribus sermonẽ miscere
 cum deo, opus est ut gratia spiritus ueniens in nos, con-
 firmet, addatq; fiduciam, ac doceat nos honoris magni-
 tudinem. Igitur ubi iam cognoris, quod & cum deo lo-
 queris, ac spiritus in te operans uim senseris, oraturus
 & cum deo collocaturus, nullũ diabolo prebebis aditũ
 in animã per spiritũ sanctificatã. Etenĩ quemadmodũ
 qui cum rege collocati sunt, & ab hoc sermones placã-
 dos honoremq; sunt consecuti, non dignantur in contu-
 bernium uenire mendicorum & abiectorum hominũ,
 ita qui cum deo confabulatus est, eiq; sua uota protulit
 nequaquam dignabitur mali & impij spiritus familia

IO. CHRYSOST. DE ORANDO

ritatem admittere. Nam uere profecto quisquis uoluptatibus seruit, cū dæmonibus habet familiaritatem, atq; eorum insaniam imitatus est. Sicut è diuerso, qui temperans est, ac iustitiam exercet, cum angelis habet commercium, & illorum emulatur dignitatem. Iam uero si quis dicat animæ neruos esse deprecationem, mea quidē sententia, uidebitur uerum dicere: nimirum: quemadmodū corpus neruis coheret, currit, stat, uiuit, & compactum est, adeo, ut si neruos inaderis, uniuersam corporis harmoniam dissolueris: itidem animæ per sanctas preces, sibi constat, et compinguntur, ac pietatis cursum facile peragunt. Quod si trispum destitueris prece, perinde feraris, ac si piscem ex aquis extraxeris. Ut enim pisci uita est aqua, ita tibi deprecatio, per hanc datur uelut ex aquis subuolare, coelumq; transcendere, ac deo proximum fieri. Ita q; quæ hactenus dicta sunt, sufficiunt ad declarandum quanta sit uis sanctæ deprecationis. Sed fortasse præstiterit, ut ad diuinas scripturas ueniam, ut ex ipsius Christi uerbis discamus opes, quas deprecatio comparat his, qui student per omnem uitam in ea uersari. Dicebat autem, inquit, eis etiam parabolam huc spectantē, quod oporteat semper orare. Iudex quidā erat in ciuitate quadam, qui neq; deum metuebat, neq; hominem reuerbatur, uidua autem erat in ciuitate illa, & uenit ad illum, dicens: Vindica me de aduersario meo, & uolebat aliquandiu: postea uero dixit apud sese: Tamen met si deū non metuo, nec hominē reueror, tamen quia

DEVM, ERAS. ROT. INTERP

mibi molesta est uidua, uindictabo eam, ne tandem ueni-
 ens suggillet me: Dixit autem dominus: Audite quid dis-
 cit iudex iniustus: Deus uero an non faciet uindictam ea-
 lectorum suorum clamantium ad ipsum nocte ac die, et
 patientiam habebit super illis? Dico uobis quod faciet uin-
 dictam illorum cito. Discamus fratres sapientiam in ser-
 mone spiritus reconditam, perscrutantes pro uirilino a-
 strum, non quanta est, sed quantum nobis datur assequi.
 Ita quod qui uitam agunt in mari, in ipsum profundum sese
 demittunt, ac pretiosos lapillos his qui uersantur in ter-
 ra deferunt. Nos uero diuinarum scripturarum mare
 scrutantes, in ipsum spiritualis sapientiae profundum, quan-
 tum quidem in nobis est, deauramus, et uobis adferre
 mus thesaurum bonum melius ornante in animas quam
 ornans regum capita est gemmis contextae coronae. Nam
 harum quidem pulchritudo, simul cum ipsa uita mar-
 cessit: Ceterum qui doctrina spiritus coronat animam,
 cum hic interim cum omni mentis securitate uitae tempus
 exigit, tum post huius uitae finem, cum fiducia accedit ad
 tribunal Christi, plenus uirtute, et ab omni uitio purus.
 Quem igitur thesaurum est profundo scripturarum ad-
 duamus? Non ipsum profundum attingentes sapientiae,
 sed eo usque descendentes, quousque coeedit Christus, quod ho-
 mines inuitans ad orandum, et utilitatem hinc proficiscentem
 commendare uolens animis nostris, iudicem quendam induat, im-
 probum ac seuum, qui pudorem omnem ex oculis abiecit
 rat, qui quod dei timorem ex anima propulerat. Atqui sa-

IO. CHRYSOST. DE ORANDO

tis erat iusti clementisq; iudicis personam proposuisse,
 ut huius iustitia collata cum dei bonitate, demonstraret,
 quantum ualeat deprecatio. Etenim si benignus ac man-
 suetus homo placide recipit, q; supplices accedunt, quan-
 to magis idem facturus est deus, cuius tanta est erga mor-
 talium genus benignitas, ut non solum nostram excedat
 intelligentiam, uerum etiam maior sit quam ut huius ma-
 gnitudinem angeli ipsius possint animo complecti. Itaq;
 satis erat, ut dixi, iusti iudicis personam inducere. Nunc
 aut iudicem proposuit imitem, impium, et inhumanum:
 in ceteris quidem implacabilem, ad preces uero benig-
 num ac mansuetum, uidelicet ut intelligas, quod omnis
 precatio ingenium etiam malum, facile ad misericordiam
 am & clementiam pertrahit. Quam igitur ob causam
 hoc fecit Christus? Ne quis omnium ignoraret, quantum
 uim habeat deprecatio, atq; idarco postq; iudicem omnia
 um immanissimo adhibuisset uiduam, eumq; preter na-
 turam ostendisset factum humanum, ad patrem suum pa-
 rabolam transfert, ad illum, inquam, bonum, mansue-
 tum, imitem, humanum, misericordia sua uincantem pec-
 cata mortalium, condonantem errata plurima, toleranti-
 tem quotidie in se dicta conuicia, dissimulantem hono-
 rem haberi demonijs, se contumelijs affia, filium suum
 innumeris inaccessi conuicijs, aliaq; ferentem atrocibus, di-
 cenda pariter ac silenda: & tamen sic conuicijs affectus
 adeo mansuete tolerat. Quod si uiderit eo quo deat tre-
 more accidentes sibi, an non protinus miserebitur? At

DEVM, ERAS. ROT. INTERP.

dic, inquit, quid iudex iniustus dicat: Tametsi deum nō
 timeo, nec hominē reuereor, attamen quoniam mihi ne-
 cessarium fuisse, uindicabo illam. Quid ais? Quod non
 potuit metus, hoc potuit deprecatio? Ac minime quidem
 ultionis expectatio, nō commouerūt hominem ad iu-
 stitiam, ceterum ubi prodijt uidua supplex, iudicem ex-
 tra mansuetum reddidit. Quid igitur coniectandum
 est de benigno deo, si iudicem crudelem, adeo mansuetū
 reddidit uidua supplicans? Quantam bonitatem, quan-
 tam humanitatem erga nos exhibebit deus, qui non mo-
 do semper cupit misereri, punire nunquā, uerum etiā ob-
 insignem erga genus hominum charitatem, & suppli-
 cia comminatur nobis, & ingentia præparauit præmia,
 ut & metus suppliciorum arceret à uitijs, & præmijs
 uice cogitationem auertere, contemplans in illius præ-
 seruatorem mansuetudine, ineffabilem dei bonitatem.
 Etenim si is qui nunquam cogitat quicquā humanita-
 tis, aut præstare, subito mutatus, misertus est uiduæ rogā-
 tis, quantā erga nos dei solitudinē è cælo deportabit de-
 precatio: Ad hæc quantum ualeat ac possit sancta depre-
 catio uel hinc cognoscas licet, si consideres, quantum bo-
 norū, singulis diebus ac singulis horis accipiant, hi qui iu-
 giter deo supplicāt. Quæ enī sunt quæ solis, lunæ, stella-
 rum, quæ cæli temperiæ, ac uariā alimentorū copiā
 quæ opes, quæ uitā, denique quod alia innumera bona cum
 illis ex æquo mortalibus largitur deus, iustis pariter atque

IO CHRYSOST. DE ORANDO

impijs, uidelicet ob immensam suam humanitatem qua
 afficitur erga nos. Porro si nec rogantes nec postulantes,
 tanta quotidie misericordia prosequitur, ac resocillat,
 quantis bonis probabile est fruituros eos, qui omne mi-
 tam precibus & obsecrationibus uacarunt. Age iam &
 illud exponamus uobis, quam multis sanctis datum sit,
 deprecationis presidio seruare, non solum gentes ac ciui-
 tates, uerum etiam orbem uniuersum. In mentione nero
 deprecationis primus occurrit Paulus, dignus cuius men-
 tio fiat. Paulus, inquam, ille insatiabilis dei cultor, & com-
 munis pater ac progenitor seruorum Christi. Ille igitur
 custos orbis terrarum, per deprecationem ac assidua ob-
 secrationem, omnes gentes saluas fecit, semper illud di-
 cens nobis: Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem
 domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis cognatio in coe-
 lo & in terra nominatur, ut det uobis iuxta abundantiam
 gratiae suae uirtute corroborari per spiritum ipsius,
 ut in homine interno, inhabitet Christus per fidem in cor-
 dibus uestris. Vides quantam uim habeat precatio & ob-
 secratio. Ex hominibus facit templa Christi. Et quem ad-
 modum aurum, lapides pretiosi ac marmora constituunt
 domos regum, sic deprecatio templa Christi, ut inhabi-
 tet, inquit, Christus in cordibus uestris. Quid sublimius
 ad laudem deprecationis adferri possit, quam quod tem-
 pla facit dei? quem caeli non capiunt, is in animam ingre-
 ditur, uiuentem in precibus: Coelum, inquit, mihi sedes
 est, terra uero scabellum pedum meorum. Quam domum

DEVM, ERAS. ROT. INTERP.

edificabitis mihi, dicit dominus, aut quis erit locus re-
 quiei meae? Quā domū Paulus edificat sanctis obsecra-
 tionibus? Electo, inquit, genua mea ad patrē domini no-
 stri Iesu Christi, ut inhabitet Christus per fidem in cor-
 dibus uestris. Quin et illinc intelligi poterit, quanta sit
 vis sanctarum precum, quod Paulus per totū orbē ter-
 rarum uelut alatus discurrrens, in carceribus habitans,
 flagella suscinens, gestans catenam, uiuens in sanguine
 ac periculis, insuper & demones eijcēs ac mortuos exa-
 nitans, morbos abigens, in harum rerum nulla fiduciam
 posuit seruandi homines, sed precibus communiit orbē,
 postq; miracula, post exatatos mortuos, ad deprecatio-
 nis presidium accurrat, non aliter quā athletā à co-
 rona ad palēstram: quandoquidem & mortuorum ex-
 citationem, reliquāque omnia, suppeditat deprecatio.
 Quā enim uim habent in arboribus aquae, hanc in ui-
 ta sanctorum habet deprecatio. Paulus hac medio no-
 ctis rigans animam, omnia faale perpeffus est quamli-
 bet aerba, non aliter praebens terga uerberibus, quā
 si fuisset status. Sic in Maedonia carcerem conuulsit,
 sic a leo quispian, preceatione dirupit uimada, sic car-
 ceris custodem eripuit ab errore, sic demonorū tyran-
 nidē discussit. Quin & illa nouimus, quae scribit ad uni-
 uersos homines: Deprecationi instate, uigilantes in ea in
 gratiarum actione, orantes simul & pro me, ut dictur
 mihi sermo in apertione oris mei, ad libere proloquen-
 dum mysteriū euangelij. Quid ais? Tantam nobis fidua

IO CHRYSOST. DE ORANDO

tiam deprecatio præbet, ut pro Paulo non uercamur orare? Quis miles ausit pro magno duce interpellare Cesarē? Quamquam sane nullus dux tā charus est Cesarī, quā Paulus deo. At tamen ad tantam dignitatem nos prouehit deprecatio, ut ausimus pro Paulo supplicare deo. Sic & Petrus ille magnus, ille cælo splendidior, carcerem effugit, maxime quidem ob propriam uirtutem, & communem hominum salutem, sed tamen inter ecclesie deprecatio, oclusas carceris fores uelociter aperuit. Nec enī temere addidit Lucas. Deprecatio autem fiebat assidua totius ecclesie pro Petro, uerum ut nos disceremus, quantam uim in cælis obtineat deprecatio, uidelicet ut Paulum ac Petrum à periculis liberaret, columnas ecclesie primæpes apostolorum, claros in cælo, murū orbis terrarū, cœ præsidium totius terræ ac maris. Dic mihi quomodo Moses Israeliticū populū in bellis seruauit? An non arma quidem cum exercituum multitudini? Nos interim docēs præces iustorum plus ualere, quā arma, quā equitatum, quā pecunias, quā multas copias, eoque uniuersus exercitus, & innumera militum multitudo, in deprecatione prophete spem salutis habebat. Siquidem orante Mose, superabāt Iudei eodem ab orando æstante, inferiores erant hostibus. Item & nos orante scilicet diabolo superabimus, æstantes uero scilicet illum in nos instruimus. Iam et populū ad impietatem prolapsū, orando seruauit Moses, orans

DEVM, ERAS. ROT. INTERP.

do meruit dei conspectu frui, aliaq; innumera bona con-
 secutus est non alia re quam orando. Nam deprecatio
 hoc illi preestitit, ut uitam ageret asimilem ijs qui
 celum inhabitant: Deprecatio incendij uim coeruit, le-
 ones mitis reddidit, hoc quidem in Daniele, illud uero
 in tribus pueris, per quos nimirum declaratum est o-
 mibus, quod quosauq; deprehenderit in periculo con-
 sultos, facile ex urgentibus malis eripiat deprecatio, sa-
 lutis causa, immortalitatis animæ conualitrix, ecclesiæ
 murus, qui rumpi non possit, munimentum inconcus-
 sum, demonibus quidem formidabile, pijs uero, nimi-
 rum nobis salutiferum. Hæc eadem sanctum prophe-
 tam Samuelem produxit. Etenim cum natura matri es-
 set aduersa ad gignendum, exorta deprecatio mox cor-
 rexit naturæ imbeallitatem. Talis est deprecatio fructus
 talem cecidit deprecatio prophetam. In coelis illustre no-
 men consecutus est Samuel, supra quam humana fert
 conditio, angelorum imitator. Nimirum talem decubat
 ostendi, deprecationis culmen & spicam, qui reliquos
 antiret bonitate, uirtutibus ac moribus, tantoq; inter-
 uallo omnes retro sanctos antecellere uideretur, quan-
 tum in segetibus felices eminent spicæ. Deprecationis
 auxilio David tot ac tales hostes propulsauit, non arma
 mouens, non hastam uibrans, non gladium educens, sed
 deprecatione septus, huius presidio Persarum copias
 acriter uertit in fugam, atq; hostes quidem machinas
 ad mouebant mœnibus, sed ille muros deprecationis

MODVS ORANDI

muro sepsit, simulq; per deprecationem sine armis so-
 lutum est bellum, cum tuba quidem non clangeret, exa-
 eratus conquiesceret, arma non mouerentur, nec terra
 sanguine rubesceret. Cæterum deprecatio sufficiebat
 ad terrorem hostibus inactendum. Quin & Niniuitis
 ea saluti fuit quæ cito depulit iram cœlitus imminena-
 tem, atq; uitam corruptam emendauit. Tantam uim,
 tantum robur, habet deprecatio, ut cum Niniuite uitam
 omnem turpiter ac scelerose peregrissent, tamen simul
 atq; in auitatem ingressa est deprecatio, ilico uerent
 in diuersum omnia, ac temperantiam, iustitiam, amicitia
 am, concordiam, cgenorum curam, deniq; uniuersa bona
 secum induxerit. Etenim quemadmodum ubi regna
 quepiam ingreditur auitatem, neesse est, ut omnis opu-
 lentia pariter consequatur, sic uidelicet, posteaquam de-
 precatio uenit in animam, omnes uirtutes simul ingres-
 diuntur. Nam quod in domo est fundamentum, hoc in
 anima est deprecatio, hanc ubi primum cœu basim acra-
 dicem in anima fixerimus, tum oportet diligenter super-
 struere pudicitiam, mansuetudinem, iustitiam, paupe-
 rum curam, breuiter omnes Christi leges, per quem &
 cum quo, patri cum sancto spiritu, gloria & imperium,
 in secula seculorum. A M E N.

F I N I S.

ERAS. ROT. LECTORI S.

Posterior hæc oratio uideri poterat
non esse Chrysofomi, sed eruditi cuius-
piam, qui sese exercuerit ad æmulationē
prioris, nisi malumus Chrysofomum
eadē de re diuersis temporibus dixisse.
Vale.

MODVS

ORANDI DEVM, AVTORE
ERAS. ROT.

CLARISSIMO POLONIAE BARO-
ni, Hieroslao de Lasko, & in Ruthuania, Pala-
tino Siradiensi, Eras. Rot. S. D.

Sic reāprocis uiabus obambulant gra-
tiarum munera Hieroslac uir clariss-
ime. Reliqueras apud me pignus amo-
ris in me tui, redit ad te uiāstū pignus
animi mutui, quem hinc proficiāscens sti-
pularē. Cum omnia Mosaicae legis sacrificia sint anti-
quata per Euangeliū, nullū sacrificij genus uel diligētius
tradidit princeps noster IESVS, uel religiosius amplexi
sunt huius discipuli, quā uiculos labiorū, ut Osee uerbis us-
tur. Id cōstat tribus potissimū generibus, aut uotis, aut gra-
tiarū actione, qui sumitima est laus, aut hymnis. Hymnus

M'ODVS ORANDI

est, cum animus considerata dei sublimitate, rapitur in laudem illius, cui soli debetur omnis gloria. Paulus apostolus ad Colo. ca. 3. tria coniungit eiusdem generis, psalmum, hymnum, & canticum: Doantes, inquit, & conuocantes uos inuicem in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia cantantes, in cordibus uestris deo. Psalmus Græcis cantionem sonat, quod uidetur esse uocabulum omnibus commune, quæ ad laudem dei uel hominis pertinent, unde & psalmi quidam inscribuntur ipsi David, uelut in laudem illius conditi. Hymnus proprie diæ uidetur laudatio numinis: Te decet hymnus deus in Sion. Vnde & ethniæ poetæ carmina, quibus esse diuos suos, hymnos appellant, quales extant adhuc Orphei & Homeri titulo. Porro canticum quod Græcis est ὕμνῳ, quiddam esse uidetur utroq; sublimius, mirum laus illa, quam deo canunt angeli ac piorum anime, quæ iam mortalitatem exuerunt. Nam in Apocalypsi uirgines habent canticum nouum, quod nemo potest discere, præter illos qui sequuntur agnum quocumque ierit. Alioqui quid queruntur in psalmo: Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Et Paulus cupit dissolui, & esse cum Christo, ut hoc canticum domini possit canere. Rursus idem Paulus in Epistola ad Ephes. 5. eodem ordine iungit hæc tria: sed impleamini, inquit, spiritu sancto, loquētes uobismetipsis in psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, cantantes & psallētes in cordibus uestris domino. Totum autē hoc genus spiri-

Ca. 14.

Psal. 136.
Phil.

PER ERAS. ROT.

tale uocatur, quod omnis hæc laudatio, etiam si quan-
 do pars aliqua tribuitur homini, referatur ad gloriam
 dei. Habet enim & mundus psalmos, hymnos, & canti-
 ca sua, quibus aut noxios demones, aut homines p̄ dijs
 celebrant, aut homines hominibus adulantur, laudantes
 nonnunquam & quæ turpia sunt, non solum in homini-
 bus, uerum etiam in his quos pro dijs colunt. Ceterum
 qui spiritum hausere Christi, ne sciunt laudare nisi pa-
 trem, filiū, & spiritū sanctum, quibus solis debetur quic-
 quid est ueræ laudis, siue in cælis, siue in terris. Adijāt
 Paulus, psallentes in cordibus uestris domino. Quid est
 domino? Qui iustitiam suis uirtutibus tribuunt, nō psal-
 lunt domino, sed sibi (quod aiunt) intus canunt. Rursus
 qui fiduā suam & gloriam collocant in Mose, Francis-
 sco, Benedicto, Dominico, aut Augustino, non canūt do-
 mino, sed hominibus. Tunc maxime glorificatur deus,
 cum homo agnoscat quā ipse sit nihil ex sese. Quid si-
 bi uult in cordibus uestris? Ne quis putet deū inani uo-
 cum boatu, aut modulato musicorum hinnitu, aut orga-
 nis, quibus nūc ubiq; templa per strepunt, delectari: nō
 quod musicam corporalem damnem, si modicā, si sobrie,
 cultūq; diuino digna adhibeatur, sed ut ostendam ista ni-
 hil esse, si absit tantus ille pietatis affectus in deum, quæ
 deo catio est gratissima, etiam si nullus uocum strepitus
 accedat. Quoniam autem deus semper & ubiq; mira-
 bilis est non oportet hominem Christianum unquā ces-
 sare à psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus. Huic

MODVS ORANDI

Psal. 145

Psal. 117.

Psal. 88.

Ca. 7.

generi finitima est gratiarum actio, que magis pertinet ad bonitatem dei, quam ad magnitudinem. Psalmus est, cum illi canimus: *Lauda anima mea dominum, laudabo dominum in uita mea, psallam deo meo quam diu fuero.* Hymnus est, cum illi canimus: *Benedicant omnia opera domini domino.* Hic enim mens in omnibus rebus corditis stupet potentiam, ac sublimitatem incomprehensibilem conditoris. Canticum erit, cum animus afflatus desiderio uite celestis, ac uelut euolare gestiens e corpore, canit illi: *Quam dilecta tabernacula tua domine uirtutum.* Concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Cor meum & caro mea exultauerunt in deum uiuum. Gratiarum actio erit, cum illi canimus: *Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in eternum misericordia eius.* Et: *Misericordias domini in eternum cantabo.* Quemadmodum hymnus opponitur blasphemie, ita gratiarum actioni opponitur ingratitude. De trahunt autem glorie dei, qui quod illi debetur, tribuunt humanis uiribus, & ex benefactis laudem humanam uenantur. Eoq; Paulus Colossensibus scribens: *Omne, inquit, quodcumq; facitis, in uerbo aut in opere, omnia in nomine domini nostri IESU CHRISTI, nimirum ut semper illud haberent in corde, quod omnibus Christianis in ore: SANCTIFICETVR nomen tuum.* Item non solum blasphemum sunt in deum, qui uerbis impijs in illum debacchantur, uerum etiam qui cumq; nomen illius professi, uiuunt impie. Ut uideant, in

PER ERAS. ROT.

quæ opera uestra bona, & glorificent patrẽ uestrum, Mat. 5.

qui in coelis est. Gratissimum deo canticum modulabantur martyres, cum sua corpora tradebant tyrannorum libidini diuisis tormentis excrucienda, etiam cum lingua exacta, nullas laudes sonare poterant. Iam uita quorundam Christianorum, præsertim eorum qui dignitate ac

titulo se Christianæ religionis duces profitentur, si nihil præter ea quæ sunt huius mundi, quid aliud est, quod perpetua in deum blasphemia? Si nomen dei propter

Iudeos non obseruantes legem, blasphemis afficiatur inter gentes, iuxta Pauli sententiã, quanto iustius idẽ dicatur in eos, qui pietatis euangelicæ culmen tenent, & tota

ROM. 2.

uita pugnant cum euangelicis præceptis? Nimirum propter hos, non solum inter gentes male audit adorandum illud nomen Iesu Christi, uerum etiam inter Christianos. Itaquæ quemadmodũ nunquam deest occasio laudandi dei, quoniam in omnibus & quocunquẽ uertas occasus, gloriosus est & admirabilis, ita quoniam nunquam

cessat illius in nos beneficentia, semper est unde gratias agamus. Nec enim in lætis tantum agenda sunt gratiæ, uerum etiam in afflictionibus, quas ideo frequenter immitat nobis, ut emendet ac seruet, nonnunquã ut exercens

de uirtutis materiam suppeditet. Egit gratias Paulus, quod Epaphroditum ex grauissimo morbo restituit. Egit gratias, cum ter preatus dominum ut auferretur stimulus carnis, & abigeretur satanas colaphis ipsum cadens, audisset: Sufficiat tibi gratia mea, nam uirtus

MODVS ORANDI

in infirmitate perficiatur. Hoc sensit Paulus scribens
 Ephesijs in loco, quem modo retulimus: Gratias semper
 agentes pro oibus in nomine domini nostri Iesu Chris-
 ti deo & patri. Par est semper agere gratias ei, qui sem-
 per benefaät in omnibus, qui pro inscrutabili consilio
 omnia nobis uertat in bonum, etiam illa quae uidentur
 esse noxia. Laus igitur & gratiarum actio perpetuum
 est sacrificium omnium Christianorum, sed praecipue cum
 illius mortem qua nos redemit, ac mysticam corporis so-
 etatem sacri panis & mysticam calicis consecratione re-
 presentamus. Vnde & huic rei proprie nomen indita
 eucharistiae, quanquam eadem Graecis dicitur synaxis,
 id est, conuersatio, quod pariter ibi representatur faeculus
 charitatis inter omnia Christiana membra: unde et La-
 tini communionem uocant. Horum utrumque, laus & gra-
 tiarum actio non modo non cessat post hanc uitam, ne-
 rumetiam perficiatur. Hic dum animus grauat hunc mor-
 tali corpusculo, ut est imperfecta cognitio magnitudinis
 & bonitatis illius, ita imperfecta tum laudatio, tum
 gratiarum actio. Illic quo clarius intuebimur, hoc ex-
 cellentius laudabimus, clamantes cum seraphicis spiritibus:
 Sanctus, sanctus, sanctus dominus exercituum. Ple-
 na est ois terra gloria eius. Iamque quod ante suspiraba-
 mus adepti, & quod ante spe sequebamur, iam re asse-
 cuti, canemus cum Dauid: Sicut audiuimus sic uidimus in-
 diuitate domini uirtutum, in diuitate dei nostri. Caeterum ut
 gratiarum actio laus quaedam est, ita nonnunquam est & pra-

Isaie. 6.

Psal. 47

PER ERAS. ROTE.

tificatio, de qua nunc instituimus dicere. Quandoquidem
 & inter homines, qui diuiti pro beneficio dato gratias
 agit, tunc prouocat illius liberalitatem ad maiora lar-
 gendum. Quis autem deo ditior aut benignior? Nunc q
 dem interim gratias agentes pro dei donis exultamus,
 sed cum tremore; nimirum incerti, num quod datū est,
 sit futurum nobis perpetuum. Siquidem ei qui stat, uidē
 dum est ne cadat, & nostra negligētia sit nonnunquā
 ut subducatur sese dei gratia, uelut ab indignis: nonnunquā
 ipse deus, licet non offensus, auertit à nobis uultū suum
 nosq; nobis ipsis ad tēpus relinquit, ne ueniamus in ma-
 ius discrimen, impia nostri fiducia. In ciuitate cœlesti,
 plena gaudiorum erit ista gratiarum actio, quia secu-
 ra erit præteritorum bonorum memoria, nec ullus per-
 dendi, quod tenemus, metus offuscabit letitiam cordis
 nostri, neque quicquam dederit uotis nostris, quod felici-
 tatem nostram reddet imperfectam, præsertim ubi
 totum Christi corpus tam erit ad felicitatis æternæ con-
 sortium collectum, suoq; capiti sociatum. Porro quan-
 diu uersamur in hoc exilio, quorūam & malorum ple-
 na sunt omnia, & bonorum uel imperfecta, uel incerta
 possessio, consequitur, ut semper sit orandus deus, ut nos
 à malis urgentibus eripiat, & sua dona in nobis augeat
 atq; quod largiri dignatus est, uelut esse proprium, ac
 perpetuum, & quod hic cœpit in nobis, persiciat in ui-
 ta futura. Primum itaque si uidetur, discutiamus quid
 sit præcatio siue oratio. Quamquam hæc uox in hoc sen-

MODVS ORANDI

si non omnino probatur his, qui religiosus obseruans
 elegantiam Romani sermonis: nam ut latine dicitur
 orare qui rogat, ita non satis latine dicitur, pro depre-
 catione oratio, nec satis apte dicitur orator, qui rogat.
 Oratorem pro precatione Christianorum usus recepit.
 Oratorem pro deprecatore, nemo ueterum q̄ sc̄ā, aus-
 sus est dicere. Sed ut om̄sa uerborum cura, de re perge-
 mus, hęc tria, laus, gratiarum actio, & precatio, tamen si
 ratione uerius quā re discreta sunt, ac ferē coherent,
 nunc tamen docendi gratia separabimus. Est igitur pre-
 catio erectio mentis in deum cum studio quippiā ab il-
 lo impetrandi. Tam hęc ipsa finito statim declarat, quā
 tum absint à precando, qui psalmos non intelligendos
 etiam si attenderēt, inani labiorum strepitu personant,
 animo per omnia curarum inanium ludibria uolitante.
 Paulus autem nonnunquam duas uoces uelut idem sig-
 nificantes, sibi copulat, orationem & obsecrationem:
 sic ut precationi respondeat προσευχή obsecrationi
 Δέσμις. Sic enim scribit: Nihil soliati sitis, sed in omni
 oratione & obsecratione cum gratiarū actione petiti-
 nes uestrę innotescant apud deū. Rursum ad Ephesios
 6. Per omnem orationem, et obsecrationem, ubi qđ Latī
 nus uertit orationem, Gręcis est προσευχή, quod obse-
 crationem Δέσμις. Ambrosius pro obsecratione, uertit
 precem. Idē in eplā ad Timotheū priore, tres uoces cō-
 iungit, προσευχών, Δέσμις, καὶ ἐν τρυφῇ. Obsecro
 igitur, inquit, primum omnium fieri obsecrationes, &

Precatio
 quid.

Philip. 4.

Ephe. 6.

Cap. 2.

PER ERAS. ROTE.

rationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus. Ambrosius δὲ ἱστέας uertit deprecationes: προσευχὰς, orationes. Ceterū quod est εὐτελέσθαι, uerti poterat, interpellationes, Nam in epistola ad Rom. c. 8. quod Græcis est, ὁς εὐτελέσθαι ὑπὲρ ἡμῶν, interpres reddidit: Qui etiam interpellat pro nobis, uidelicet utens uerbo unde deducta est εὐτελέσθαι. Sunt autem qui putent, his tribus uerbis idem significātib; nihil aliud declarari, quam uehementiam, instantiamq; preceationis. Qui discrimen ostendere conantur, inter se parum consentiunt. Siquidē Augustinus in epistola quadam ad Paulinum existimat δὲ ἱστέας id est, deprecationes, dici preces illas quæ fiunt, antequam benedicatur id quod est in altari: προσευχὰς, orationes, et distributioni præparatur: εὐτελέσθαι, cū sumptis mysterijs sacerdos benedicat populo, uelut intercessor offerens suos misericordissime potestati, demum in fine adduntur gratiarum actiones. Græcorum scholia sic distinguunt, ut δὲ ἱστέας sit, quoties precamur ut à malis urgentibus, aut etiam imminentibus liberemur: προσευχῆ quomus uotis optamus bona: εὐτελέσθαι qua querimus de his qui nos affligunt, quemadmodum uiduus interpellat iudicem. Aut, sicut interpretatur Theophylactus, cum intercedimus pro his qui affligunt nos, ut resipiscant. Huic differentie suffragatur et uocum ipsarum

MODVS ORANDI

etymologia & rerum natura. Siquidem ἱερόματι Græcis & ego sonat, & rogo. Porro rogo supplicis uerbu est. Et qui premēte necessitate eget auxilio, supplex est. Item εὐχομαι Græcis sonat, opto, εὐχῆ, uotum. Postremo ἐντρούξιος intercessionem sonat, siue interpellationē, qua periclitanti succurrit, qui autoritate ualet apud eum qui offensus est. Primum autem est liberari à malis unde & hodie rem diuinam à confessione optare bona ne delictorum auspicantur: proximum optare bona nobis ac fratribus, perfectissimum autem interpellare deum pro his, qui Christum in suis membris persecutantur ne dent pœnas impietatis suæ, sed resipiscētes conuertantur ad dominum. Ambrosius deprecationes referri ad reges, orationes ad ceteros, qui magistratu, publicè cūc potestate funguntur: postulationes ad eos, qui uarijs premuntur malis, ut eruantur, & liberati dominū collaudent incolumitatis autorem. Mihi siquid inter est, uero ppius esse uidetur, quod à Græcis traditū est. Et hactenus quidem de ratione nominum, de quibus uariis rei ppropriate. Nūc paucis apericiendū, quāta cura nobis dominus IESVS, atque huius amā precandi studium & assiduitatem commendarint, non tantum præceptis, sed etiam exemplis, deinde cur ea res nobis, tanta soliditudine fuerit tradita. Mox ostendemus in orando quatuor potissimum esse spectanda, quis sit quem oras, qui sis qui oras, quid ores, & quomodo sit orandum. Ut igitur primum absoluiam, Lucæ apit decimo octauo, cum domi-

PER ERAS. ROT.

mus superiore sermone docuisset, quantis in periculis uer
 setur hominum uita, dignatus est & remedium indica
 re. Certissimum autem in malis praesidium est auxi
 lium dei, quod ille nobis semper paratum fore pollicetur
 est, si uotois ardentibus ac instantibus flagitemus.
 Hoc praecipit ut altius infingeretur animis auditorum,
 adhibuit parabolam, de iudice impio pariter atque impro
 bo, qui tamen si deum non metueret, nec homines reue
 reretur, tamen fatigatus indefessa uiduae cuiusdam in
 terpellatione, fecit tandem quod rogabatur. Quod si
 muliercula quo poenas sumeret de aduersario, tanta in
 sint improbitate, quanto instantius oportet nos ea pe
 tere, que conuocant ad aeternam felicitatem? Et si iu
 dex impius & impudens delassatus mulierculam inter
 pellationibus, praestitit quod petebatur, quanto magis
 deus natura benignus audiet preces ad se clamantium?
 Rursus apud eundem capite undecimo, rem eandem ad
 luc. II.
 lia commendat parabola nocturni postulatoris qui cla
 moribus & pulsationibus improbis huc adegit excusan
 tem amicum, ut media nocte surgat e lecto, & donatis
 panibus, quotquot opus essent, flagitatore in molestum
 abigat, magis tædio uictus, quam impulsus beneuolen
 tia. Confer interim frigidum illum amicum cum deo,
 tres panes cum aeterna uita, & intelliges quanto nobis
 instantius, maiorque fiducia sit orandus pater caelestis.
 Eodem pertinet, quod cum dominus suis discipulis ni
 hil prescripisse legatur de uestitu, de cibo potuque, de ieiunio

MODVS ORANDI

iunijs: tamen orandi formam diligenter præscripsit, quã
 non iussit peti à Mose, aut prophetis, nec à Iohanne, qui
 peculares quasdam orandi formas tradidisse legitur.
 sed ipse peculiarem proposuit non usus tanta hac in
 re diligentia, nisi præcipua quædam pietatis pars esset
 deprecatio. Rursum apud Mattheum capite sexto, quã
 diligenter cohortatur ad orandum? Cum enim prius
 ex e misset illis omnem solitudinem de uestitu, de uita
 ctu, de fama, de incolumitate, de uita, docet hæc omnia
 magna cum fiducia postulanda à Patre: Petite, inquit,
 & dabitur uobis, querite & inuenietis: pulsate & ape
 rietur uobis: quisquis enim petit, accipit: & q̄ que
 rit, inuenit: & pulsanti aperietur: Et ne dubitarent
 quin quod peterent, forent accepturi, aut aliquid illo
 salubrius, adhibet similitudinem ductam à uulgari patre
 trum in filios affectu, quorum nullus est tam durus, aut
 impius, ut si filius postulet panem, porrigat illi pro pie
 ne lapidem, aut si postulat piscam, porrigat illi pro pis
 scæ scorpionem. Si huc cogit homines alioqui malos, non
 nunquam et idololatrias, naturæ pietas, ut liberis necessa
 saria petentibus non negent quod petunt, quanto magis
 pater ille cælestis, natura benignus ac beneficus, q̄ chari
 tate ineffabili prosequitur suos, non negaturus est hoc
 petentibus, quod ultro etiam largiturus erat non peten
 tibus? Repetit hoc promissum apud eundem euangeli
 stam capite decimo octauo. Iterum dico uobis, quod si
 duo ex uobis consenserint sup̄ terrã, de omni re quam

PER ERAS. ROT.

que petierint, fiet illis à patre meo qui in caelis est. Marã. 11.
 Item apud Marcum undecimo, ueluti iureiurando se no-
 bis obligat, dicens: Propterea dico uobis, omnia quæcũ-
 que orantes petitis, credite quod accipietis, & eueniet
 uobis. Iam imminente crucis tempore, nullo præsidio ma-
 gis consolatur discipulos suos, quos erat ad tẽpus desti-
 turus, quam deprecationis. Quicquid, inquit, pe-
 teritis patrem in nomine meo, hoc faciam, ut glorificet
 pater in filio. Si quid petieritis me in nomine meo,
 hoc faciam. Iterum capite decimo quinto repetit & in-
 aliat quod dixerat, ne possit elabi: Si manseritis in
 me, & uerba mea in uobis manserint, quodamque uo-
 lueritis, petetis, & fiet uobis. Ac mox: Quicquid pe-
 teritis à patre, det uobis. Rursum capite decimo sexto
 exposulat cũ illis, quod hactenus nihil petissent, affir-
 mans ac uelut adiurans, eos nihil frustra petituros:
 Amen amen dico uobis, si quid petieritis patrem in no-
 mine meo, dabit uobis. Hactenus non petistis quicquã
 in nomine meo, petite & accipietis, ut gaudium ue-
 strum sit plenum. Similiter & apud Matthæum ui-
 desimo quarto, ingruente publica mundi calamitate,
 non ad aliud præsidium nos mittit, quàm ad precatio-
 nem: Orate, inquit, ne fiat fuga uestra hyeme uel sab-
 bato. Et ne quis existimaret precatorem frigidam &
 somnulosam sufficere, apud Marcum ita loquitur: Vi-
 dete, uigilate, & orate. Itidem munit illos aduersus in-
 gruentem tentationem: Vigilate, & orate, ut nõ intrea

Ioan. 14.

Ioan. 15.

Ioan. 16.

Matth. 20.

Marã. 13.

MODVS ORANDI

Mat. I4.

Luce. 10.

tis in tentationem. Luce dedmo: Rogate, inquit, dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Nec dissonat à domini doctrina, doctrina apostolorum. Sic Paulus secunda Thesalonicensium quinto: Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Rursus prima ad Timotheum capite secundo: Volo, inquit, uiros orare in omni loco, sustollentes puras manus, sine ira & disceptatione. Similiter & mulieres. Idem cupit uirgines ac coelibes manere liberos, ne diuellantur ab orando, & huius rei gratia, uult adtem pus ex consensu dirimi usum coniugij. Sed præcipue uas duas uult instare preceationibus die ac nocte. Eandem actionem nobis canit Petrus: Estote, inquit, sobrij, & uigilate in preceationibus. Idem Iacobus eum, cui opus est sapientia, iubet à Deo postulare. Si quis affligitur ac moeret, hunc orare iubet. Tantum autem hic tribuit preceationi, ut non solum sibi impetret oras, uas etiam alijs, pro quibus oretur deus. Si quis ægrotat, iubet accersi presbyteros, quorum precebus corporis & animi morbo liberetur. Denique uult ut omnes Christiani mutuis apud deum precebus sese uas subleuet.

I. Petri. 5.

Iacobi. 5.

Orate, inquit, pro uobis inuicem, ut saluemini. Multum enim ualet deprecatio iusti assidua. Nunc confiderandum erit, dominus IESVS, quod tam diligenter tradidit, quanto studio conatus suorum animis infigere, suo frequenter exemplo prouocans discipulos ad orandum, ac uelut auis ad uolandum inatans pullos suos

PER ERAS. ROTE.

Sæpius reperitur hoc in euangelicis literis, quod domi-
 nus secesserit in locum desertum, aut conscenderit mon-
 tem ut oraret. Interdum etiam solus. Nec dubitandum
 quia quotidie cū discipulis suis orauerit, quæ admodum
 ante abum benedixisse & gratias egisse, & post abũ
 hymnos in laudem dei cecinisse legitur. Quoties autem
 relicta multitudine secessit ad orandum, pastores, do-
 cuit, ut pro his quos regendos suscepimus, frequenter
 oremus dominum, scientes infrugiferam esse doctoris ac-
 monitoris operam, nisi celestis aspirauerit fauor. Nec
 enim dispendium est operis boni, si nonnunquam secre-
 tis precibus interrumpatur. Nam & alacrior uegetiorque
 reddit ad suum munus qui sic secessit, & auditoris desi-
 derium intermissione modica redditum est uiuidius. Quo-
 ties autem magnum quoddam aggressurus esset dominus
 ab orando legitur cepisse auspium Luca tertio. Ba-
 ptizatus & ingressus aquam, orasse legitur. Descendit
 columba, & uox patris audita est: Hic est filius meus,
 ipsum audit. Hoc uidelicet erat felix auspium susci-
 piendi muneris euangelici. Similiter & gentium uoca-
 tionem auspiciatus est Ioannis duodecimo. Cum enim quæ-
 dam ex gentibus uenissent Hierosolymam adorandi gra-
 tiam, ambientes per Philippum & Andream, ut uideret
 Iesum, dominus sic orat: Pater clarifica nomen tuum.
 Ac mox audit uocem celestem: Et clarificaui & iterum
 clarificabo. Orat exaitatus Lazarum, quod uel ex eo
 liquet, quod scribit Ioannes: Pater ego ago gratias tibi

I M O D V S O R A N D I

bi, quoniã audisti me, nimirũ orasse perspicuum est, qui
 se predicat auditũ. Præterea Lucæ. 9. professionem sui
 nominis, per quã salus esset omnibus parata, ab orando
 uoluit auspiciari. Sic enim legitur: Cũ esset solus orans,
 erant cum illo discipuli, & interrogauit illos, dicens:
 Quẽ me dicunt esse turbæ: & uos autẽ quẽ me esse dicitis?
 Et audit ex ore Petri, Christianorũ omniũ cœlitus in-
 spiratam professionẽ: Tu es Christus filius dei uiui. Ac
 uicissim Petri nomine audit omnis Christi nomen ex
 aĩo proficiens: Beatus es Simon Bariona. Et paulo post
 apud eundem euangelistã, immortalitatis specimen ali-
 quod ostensurus in monte, non prius transfiguratur quã
 orasset. Et facta est, inquit, dũ oraret, species uultus eius
 altera, & uestitus eius albus ac resurgens. Nec alteri te-
 tulo dedit ecclesiã suam, cuius typum gerebat templũ
 illud Hierosolymorum, unde profligauit impuram tur-
 bam uendentium & ementium. Domus, inquit, mea do-
 mus orationis uocabitur. Domus dei ecclesia est, in qua
 quisquis uersatur, uersatur autẽ oĩs uerẽ Christianus, cum
 non oportet aliud quã orare. Nã perpetuũ pie iuueni-
 di studium iugis est deprecatio. Dominus rogat pro
 Petro, ne deficiat fides illius: & rogat patrem ut alium
 paraclætum mittat discipulis, ne deficiant in afflictionibus.
 Peracta cœna, quam postremã egit ante mortem
 cum discipulis suis, sublati in cœlum oculis, prolixius
 orat, ut per euangeliũ illustretur gloria patris, ut per
 euangeliij professionem seruentur non solũ apostoli, uerũ

Lucæ. 22.

Ioan. 17.

PER ERAS. ROTE.

ruetiam oēs, qui ex uniuersis terræ nationibus, usq; ad
 mundi finē credituri forent euangelio. Vbi iam ingru-
 bat potestas illa tenebrarū, in horto nō solum flexis ge-
 nibus, sed facie quoq; prostratus in terram ter, ac pro-
 lixius orasse legitur, præ apuosq; discipulorum cū sub-
 inde reperisset dormientes, monuisse uigilarent & o-
 rarent ne uenirent in tentationem. Deniq; cum iā in a-
 ra crucis magnus sacerdos secundum ordinem Melchi-
 sedec peragit efficit illud & unicū sacrificium, quod
 olim legis Mosaicæ typis adumbratū erat, & nunc
 quotidie sacri panis ac calicis consecratione representa-
 tur, ingenti clamore uociferans, orat patrem pro mem-
 bris suis: Deus meus, deus meus, cur me deseruisti. Tan- Matt. 27.
 dem profert & illam omnium absolutissimā charitatē
 orās patrem pro crucifigentibus, pro conuidantibus &
 insultantibus, Tot exemplis dominus nos extimulare uo-
 luit ad orandum. Nunc obseruemus, quam apostoli non
 degenerarint ab instituto præceptoris. Post ascensionem
 domini ingressi cœnaaulum perseuerant unanimiter in
 oratione. Erant, inquit, Lucas, oēs unanimiter perseue-
 rantes in oratione, cū mulieribus & Maria matre Iesu
 & fratribus eius. Rursus suffecturi Mattheū in locū Iu-
 de qui perierat, orant: Tu domine qui corda nosti oim. Act. 1
 Hoc auspicio datus est spiritus, unde cœpit regnū eua-
 gelicum. Hoc auspicio sartus est numerus apostoliā se-
 natus. Hoc auspicio consecratus euangelij prouentus
 ille primus quasiq; primitia. Cumenim uno die accre-

M O D V S O R A N D I

Act. 2.

Missent discipulorum numero tria milia, quid subijcit. n. cas? Erant, inquit, perscuerantes in doctrina apostolorum et communicatione fractionis panis, et oratione. Mox

Act. 3.

Petrus & Iohannes orandi gratia petunt templum circa ter horam nonam, qua tum erat solenne Iudeis orare, atque ibi pro foribus templi claudum sanant in nomine Iesu. Rursum cum euangelij subolescentem indies gloriam sacerdotum ac pharisei minis conarentur obruere, puerulus ille Christi grex, non alio confugit quam ad precem.

Act. 4.

Vnanimiter, inquit, leuauerunt uocem ad deum & dixerunt: Domine tu qui fecisti caelum et terram &c. Et cum orassent, motus est locus, in quo erant congregati, & repleti sunt omnes spiritu sancto. Post ubi magis ac magis increuisset multitudo credentium, adeo ut apostoli prospicientes omnibus cura rerum humiliorum grauarentur, non alio pretextu requirunt diaconos, qui mensis praesent, quam ut ipsis uacaret instare doctrinae sacrae & praebus. Nos, inquit, orationi & ministerio instantes

Act. 6.

erimus. Agnosamus & otium & negotium apostolicum nihil aliud esse, quam docere & orare. Iam delectis scripturam diaconis, non citra praecationem traditur auctoritas ministrandi. Hos, inquit, statuerunt ante conspectum apostolorum, & orantes imposuerunt illis manus. Stephanus inter lapidum uolitantium tumultus, flexis genibus orat. Domine Iesu accipe spiritum meum, & ne statuas illis hoc peccatum. Extrema morientis uox, non gemitus erat, sed deprecatio. Erat apostolis haec potestas data pe-

Act. 7.

PER ERAS. ROT.

aliariter, ut impositione manuum traderent spiritum
sanctum, ijs qui credidissent. Hac tamen non fungeban-
tur, nisi premissa deprecatione. Proinde Petrus & Iohā Actuum. 8.

nei in Samariam profecti, quod intellexissent et Sama-
ritanos ex predicatione Philippi, professionem euange-
licam ac baptismum recepisse, cæterum in neminem il-
lorum adhuc uenisse spiritum sanctum: primum pro il-
lis orasse leguntur, ut acciperent, deinde manibus impo-
sitis impertisse quod decrat. Quid ille mirabilis euange-
lij propugnator Paulus, unde primū auspiciatus est uite
nouitatem? Nimirum ab orādo, sic enim dominus loqui-
tur Ananie: Et quare in domo Iudæ Saulū, nomine Tar-

sensem: Ecce enim orat. Quid est orat? Ambit Christia Actuum. 9.

nissimum. Quanquam autem dominus nō semper orasse
legitur in edendis miraculis, quod ex sese naturaq; uir-
tutem haberet exātandi mortuos, quemadmodū et ipse
testatur apd Iohannem: tamen apostoli quoties idem faci-
debant, orasse leguntur. Cum enim Petrus Aeneam pa-

ralyticum erigit Lyddæ: Aeneas, inquiens, sanat te domi-
nus IESVS, quid aliud quā orat? Rursum Ioppe Dorca Ibidem.

dem exātaturus, petit solitudinē, flectit genus, & orat.

nam Centurio cornelius, cuius tantus fuit ardor fidei, ut Actuum. 10.

prius meruerit accipere spiritum sanctū, quā tinctus
esset baptismo, quid audit ab angelo? Orationes tuæ &
elemosynæ tuæ ascenderunt, in memoriam in cōspectu
domini, Oranti letum nundūm affert angelus, et Petro
oranti de conuersione gentium, ostenditur uisio. Ascen-

MODVS ORANDI

Ibidem. 12.

dit, inquit Petrus in superiora ut oraret circa horam sextam. Iam ubi Herodis seuitia eò progressa fuisset ut occideret Iacobo, Petrum apostolorum primam populi in carcerem, quid fecit ille iam numerosus Christi populus? Non insiliit in regem, non effregit carcerem, nullum conatus in ciuitate tumultum, non confugit ad artes magicas, Quid igitur? nimirum ut legitur, oratio fiebat pro eo sine intermissione ab ecclesia ad deum. Nec mora, liberatur ab angelo, moxque petit domum Mariæ matris Iohannis, ubi erant multi congregati, orantes. Quin

Ibidem. 13.

et Antiochie, cum Paulus et Barnabas insigniantur apostolici nominis autoritate, nihil fit absque deprecatione. Tunc, inquit, ieiunantes et orantes imponentesque eis manus, dimiserunt illos Et illis uias in Lystris, Iconijs, et Antiochie, cum per singulas ecclesias ordinant presbiteros, adhibetur deprecatione, cum ieiunio. Quin et Philippis Paulus egressus e ciuitate, petit locum ubi futura erat solennis deprecatio, atque illic Christo lucriscat, Lydiam purariam Rursus euntibus ad orandum, obstrepit puella Pythoni obnoxia, et liberatur. Porro quoties, conueniebatur ad frangendum panem, eadem opera conuenidianum erat. Isque mos et in posteros deriuatus est ut

Ibidem. 15.

quoties episcopi aut alioqui celebres uiri conuentum hospitalitatis auspiciis, esset deprecatio, deinde communio mox colloquium. Paulus mileto solutus, non prius adit nauim quam flexis genibus orasset cum omni

PER ERAS. ROT.

bus fratribus, quorum aliquot exauerat Epheso. Rur. Ibidē. 20.
 sus Tyro proficiscens, steriles littoris arenas deprecatis
 one consecrauit, sic enim legitur: Et positis genibus in
 litore orauimus. Nimirum hoc erat, quod præceperat Ibidē. 21.
 leuantes puras manus in omni loco. Eidem Thessalonī
 te, carcer erat templū. Quin etiam apud Agrippam Ibidē. 26.
 te Festam causam dicens in uinculis orat, optans à deo
 ut non solum aliquatū, sed uehementer omnes qui in
 to confesso audiebant ipsam orantem, tales redderetur
 qualis erat ipse, tantum exceptis uinculis. Orat & in
 nauiceteris exanimatis metu, et donata sunt illi omnes
 anime quotquot erat in nauī. Idē omnes epistolas suas Ibidē. 27.
 auspicatur à precando. Quid enim illa solēnia: Gratia
 uobis & pax & c. aliud sunt quàm precatio? Idem est
 exordium omnium, præter unicā ad Hebræos, quæ uel
 hoc argumento non uidetur esse Pauli. Plerasq; precat
 tione claudit. Ad Romanos hanc habet clausulam: Gra
 tia domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis, Amē
 Ad Corinthios prior, hanc: Gratia domini nostri Iesu
 Christi uobis scum. Caritas mea cum omnibus uobis in
 Christo Iesu, Amen. Posterior hanc: Gratia domini no
 stri Iesu Christi, & caritas dei, & communicatio san
 cti spiritus sit cum omnibus uobis, Amen. Ad Galatas
 hęc: Gratia domini nostri Iesu Christi, cū spiritu uestro
 fratres, Amen. Ad Ephesios hęc: Gratia cum omnibus
 qui diligunt dominū nostrū Iesum Christum in incor
 ruptione, Amen. Ad Philippenses hanc: Gratia domini

MODVS ORANDI

Philip. 4.

Roma. 9.

nostri Iesu Christi, cum spiritu uestro Amen. Nec dissimilis est clausula ceterarum omnium, etiam illius que inscribitur ad Hebraeos. Has clausulas uidetur etiam scripsisse sua manu, etiam in his epistolis quas didicit abbat. Sic enim scribit ad Thessalonicenses secunda: Salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omni epistola: Gratia domini nostri Iesu Christi, cum omnibus uobis, Amē. Iam in medijs epistolis quoties erūpit uel in hymnum, uel in gratiarum actionem, uel in deprecationem, uelut oblitus instituti sermonis? Sic ad Philippenses: Et pax dei que exuperat omnem sensum custodiat corda et intelligentias uestras in Christo Iesu. Rursus ad Ephesios cap. tertio. Huius rei gratia sancto genua mea, ad patrem domini nostri Iesu Christi: et mox erūpit in hymnū: Ei autē qui potest omnia facere et c. Rursum orat scribens Romanis: Optarim anathema esse a Christo pro fratribus meis et c. Ac mox erūpit in hymnum: Qui est super omnia deus benedictus in secula, Amen. Rursus orat ca. septimo: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Rursum cap. undecimo deāno disputationem interrumpit hymnus: O altitudo diuitiarum et c. multis autem locis testificatur, quod in quotidianis precibus suis memor esset omnium qui crederent Christo. Et horum mutuas preces quantas solitudine flagitat, cum alijs in locis, tum epistola ad Romanos ca. decimo quinto: Obsecro, inquit, ergo uos fratres per dominum nostrum Iesum Christum et per charitatem

PER ERAS. ROTE.

sancti spiritus, ut adiuuetis me in orationibus uestris pro
 me ad deum &c. Ab his exemplis precandi assiduitas
 defluxit ad maiores nostros: Adeo quicquid illis ageba
 tur, aut erat deprecatio, aut deprecatione consecraba
 tur. Primum congressum auspicabantur ab orando, col
 loquium & conuiuium precibus interrompebatur, dia
 gresio deprecationem habebat, somni initium erat de
 precatio, qui frequenter & precibus interpellabatur.
 Vigiliæ matutinæ principium erat deprecatio. Vnde
 manent hodie in ecclesia consuetudinis priscae uestigia
 sunt preces nocturnæ, sunt matutinæ, quæ ad primam
 dicuntur, sunt tertix, sextæ & nonæ. Sunt uespertinæ
 quæ cœnam sequuntur & somnum præcedunt,
 quas completas uocant. Si quò discedebatur, siue redeba
 tur aliquò siue quid noui tentabatur, precatioe conse
 crabantur omnia. Adeo ut Philo de Christianorum in
 stituto librum inscripserit de uita contemplatiua sup
 plicum. Poteram hic ex priscis historijs per multa colli
 gere, quæ nobis declarant, quantum fuerit patribus no
 stris orandi studiū, ueluti de Iacobo, cuius genus ob fre
 quentiam orandi, camelorum instar callum duxisse le
 guntur. Sed mihi non est animus deprecationis cōmen
 dationē aliunde petere, quàm ē sacris libris. Nam &
 ueteris testamenti uolumina copiosam suppeditant ma
 teriam, hac de re differendi. In quibus omnis sanctorū
 sermo, quid aliud est, quàm deprecatio? P salmorū liber
 quid aliud habet, quàm perpetuum cum deo colloquiū.

MODVS ORANDI

- um: Neq; parum multa suppetent in idem exēpla, quā
 potens & effiāx res sit, pura ad deum deprecatio. In
 libro Geneseos, non arbitror Abel obtulisse sacrificium
 absq; precibus. Certe Enos filius Seth, primus occupā
 uit orādi laudē, de quo scriptū est capite quarto: Iste coe
 pit inuocare nomen domini. Artū humanarū inuento
 res tantum cōmemorati fuerant, solus Enos hoc elogio
 decoratur, quod autore deo successerit in locum Abel.
 Post diluuiū egressus ex arca Noe, nihil prius curae hā
 buit, quā ut aedificaret altare domino, et immolaret ho
 locausta. Abraham ut primum audiuit terrae promissio
 nē, extructa ara, inuocauit nomen domini: idem subin
 de fuisse legitur, quoties mutauit sedem. Exēplum hoc
 imitati sunt ceteri quoq; Patriarchae, ne singula perse
 quens tædio grauē lectorē: Eiusdē operis capite uigesi
 mo, orat Abraham, & à morte liberatur Abimelech:
 Et huius uxor, atq; analliarum grex, sanatur à sterilitate
 Et huius uxor, atq; analliarum grex, sanatur à sterilitate
 do Moses orat dominū, et intereunt ranae, quae totā oc
 cupauerunt Aegyptum. Iterū orat, et desinit tonitrus
 grandoq; uastare regionē Aegypti. Rursus, cū offensus
 deus ob uitulū aureū, quē pro deo coluerant Aegyptia
 orū more, parat uniuersum populū internitioē delere,
 deprecatus est Moses pro populo et placatus est domi
 nus, ne faceret malū, quod locutus fuerat aduersus po
 pulū: sed ante, fortuna belli cū Amalechite pendeat à
 brachijs Mosi deprecantis in monte. Non sine precib;
- Gene. 12.
 Ibidē. 20.
 Cap. 8.
 Ibidē. 9.
 Ibidē. 21.
 Num. 10.

PER ERAS. ROTE.

one mouebatur arca. Dicebat enim Moses, Surge domi-
ne, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te
a facie tua. Nec sine precatione deponebatur: Reuerte-
re domine ad multitudinem exercitus Israel. Precatio. Num. II.

ne dabatur signum belli, precatione cane batur receptui,
Rursum cum ignis domini deuoraret extrema castrorum = Ibid. 12.

rum Israel, clamauit populus ad Mosem, Moses clama-
uit ad dominum, & subito absorptus est ultor ignis. Clama-
uit idem ad dominum & Maria que Mosi detraxerat

lepra liberatur. Iterum murmurat populus aduersus
dominum, & paratur ultio. Sed Moses blanda depreca-
tione mitigat accensam iram dei. Et audit: Dimisi iuxta

uerbum tuum. Iam cum deus offensus seditione Chora pa-
raret uniuersam multitudinem in interitione delere, Mo-
ses & Aaron prona facie se prosternentes in terram, pre-
cibus impetrarunt a domino, ut poena non inuolueret nisi
si paucos seditionis autores, quos terra dehiscens uiuos
absorbuit. Mox ubi recrudisset populi murmur aduer-
sus Mosem & Aaron, rursusque dominus pararet extin-
guere rebellem populum, orantem prostrati in terram, iussuque
Mosi Aaron stans inter mortuos, quos ignis domini con-
sumpsit & inter uiuos iam morti proximis incedit thy-
miana, precibus dominum exorans, ut cessaret plaga, quam
absumpserat supra quatuordecim milia hominum septin-
gentos. In deserto cum populus siti deficeret, ac res spe-
ctaret ad seditionem, Moses & Aaron proni in terram
orant, et aquarum uis elicitur e petra. Iterum orto mur-

Ibid. 14.

Ibid. 16.

Exod. 20.

Exod. 2.

MODVS ORANDI

- mure, ob itineris prolixi tedium, deus iratus immiserat
 in populum serpente rigneos, multisq; cadentibus multa
 titudo territa, clamauit ad Moſen, Moſes clamauit ad
 dominum. Et erigitur ſerpens aeneus, qui coſpectus libe
 raret illos a mortis discrimine. Moſi ſuaſor Iofue
 preabus ad dominum fuſis, ſolis ac lunæ curſum re
 moratus eſt, donec ultus eſſet hoſtes ſuos. Sic enim legis
 Iofue capite deãmo. Tunc loatus eſt Iofue domino,
 nimirum implorans auxilium domini, mox loatus eſt
 ſoli et lunæ: Sol contra Gabaon ne mouearis, et luna co
 tra uallem Hailon, In libris regum taãta preatur An
 na coniunx Heleane, et pro ſterili ſit mater ſeliſſima
 prolis laudatiſſimi Samuelis. Qui cum populus Iſrae
 liticus expauiffet ad rumorem irruentium Philſteos
 rum, clamauit ad dominum, et exaudiuit eum dominus.
 Viãt Iſrael, domino pauorem omnem in hoſtem uerren
 te. Idem clamauit ad dominum, et in tempore meſis ſua
 bito orta eſt ingens tempeſtas tonitruu atq; imbrium,
 Non arbitror hic prætereundũ, quomodo Dauid tam a
 trox uariumq; crimen & iram domini ſupplia præcati
 one diluerit ac placlarit. Idem exp. uigeſimo quarto pla
 gam domini ſeuientem in populum, preabus mitigat,
 immolato ſacrifião in arca Areuna. Solomõ quod prau
 denter petit a domino, multo cum ſcẽnore amulatum
 impetrat. Rurſus templum iam extructum exornatũq;
 prolixa dedicat preatione .3. Reg. c. 8. Elias clama
 uit ad dominum, et in uitam reuocat Sareptanæ filium.*
- Iofue. 10.**
2. Regum. 1.
Cap. 7.
2. Regum. 24.
4. Regum. 1.
3. Regum. 17.

PEER RAS. ROT.

Adem deprecatione non longa impetrauit ignem de cœlo, qui consumeret totam uictimam toties aqua perfusam. Rursum orat pronus in uertice Carmeli, et post diuinam precationem subito ingens pluuie uis oborta est. Huius successum Eliseus hospitis sue puerum, uitæ restituit, successus ad dominum precibus Ezechiæ rex mortem à domino denuntiata, precibus remoratur in annos quindecim. Vbi creditur ad instaurandum templum domini, non petuntur auxilia à rege, sed precibus ac ieiunio prosperatur, ac Necemias nihil postulat à rege, nisi prius cõprecatus dominum cœli. Orat et Tobias, orat et Sara filia Rachel, et utriq; pro tristibus lætiora succedunt. Tribus nobis orat Tobias filius cum Sara uxore, et iugulato demonio, felix coniugium pro funesto cõtigit. Nonne fortissima uirago Iudith, holophernem hostem orando deiecit? Nec Hester pulcherrimum facinus aggreditur, nisi prius triduanis ieiunijs ac precibus implorato favore numinis. Daniel cum seruiret impio regi, tamè ter in die flexis genibus orabat dominum. Oravit Ionas de ventre ceti clamans ad dominum, et redditus est uiuus, tam superstitiose cuiusdam diligentie uideatur si pergam ex singulis prophetis orandi uel præcepta, uel exempla colligere, cum totus illorum sermo, nihil aliud ferre sit, quàm deprecatio. Hec abunde suffecerint ad declarandum quanta fuerit antiquis orandi cura, quamq; diligenter nobis dominus Iesus eiusq; discipuli precandi assiduitate instantiamq; tum præceptis, tum exemplis commendat.

Ibidem. 18.

4. Regum. 4.

4. Regum. 20.

1. Esd. 9.

1. Esd. 1.

Cap. 14.

Cap. 2.

MODVS ORANDI

Matt. 6.

vint. Habebat ethnicorum superstitio in depellendis malis, in auspiciandis rebus, in agendis gratijs, in coniectando rerum euentu, suas expiationes, parationes, auspicia, auguria, omina, oracula, anulos, incantamenta, triumphos, ouationes, supplicationes, sine quibus in prelium non ibatur, non suscipiebatur magistratus, non adibatur hereditas, non ducebatur uxor, non tentabatur nauigatio, non designabatur extruenda urbi pomeria, non consultabatur de negotio publico, non fiebat conatio apud populum, non expiabatur fulmina, aut portenta, nos pro tam multis uitiis cum ac simplex habemus presidium, sed illis omnibus efficacius, uidelicet puram ad deum deprecationem, Pro triumphorum, ouationum, et supplicationum inanibus pompis habemus hymnos, gratiarum actiones, Verum hic forte scire non quis mouerit questionem: Cum dominus interdixerit apostolis suis in oratione multiloquiū, testeturque patrem scire quod nobis sit opus, etiam antequam petamus, cur apud Lucam idem doceat assidue orandum, nec unquam cessandum ab orando? Similiterque Paulus iubet nos aera intermissione precari. Hæc sibi non uidetur consistere. Deinde, quod opus sit assidue ad deum clamoribus, cum ille non ignoret, quod requirat nostra necessitas. Quod si tale est, ut conducatur salutem nostram ille, uel ultro daturus est: Sin minus, ne rogatus quidem dabit. Postremo qui consistit, ut daret in precando multiloquium, cum ipse legatur in hortatione et oratione rase, prolixius, et ter eundem sermonem inter orandum repetisse. Ad quorum singula ut paucis responsa

PER ERAS. ROT.

deant: quemadmodum hymni & gratiarū actiones nō
 in hoc à nobis requiruntur, ut hinc quicq̄ commodi acci-
 dat deo, sed ut nostra imbecillitas exercitamentis huius-
 modi discat magis ac magis metuere uenerariq; dei ma-
 gnitudinem, magis ac magis amare bonitatem, crebra
 contemplatione maiestatis illius, ac beneficiorum illius
 in nos cōmemoratione. Ita nobis expedit orare frequen-
 ter, non ut deus discat à nobis, quid sit opus, sed ut assue-
 scamus ea quibus e gemus ab illo sperare, utq; desideriu
 eterne uitæ magis ac magis accendatur in nobis, dum
 frequenter hic animum intendimus, ut ardentè petas-
 mus ab eo, q̄ solus dare potest. Frequētes hymni docēt
 nos, omnem gloriam unī deo debere. Crebra gratiarū
 actio, docet quicquid in nobis est boni, id totum dei beni-
 gnitatis acceptū ferri oportere. Assidua precatio præ-
 stat, ut semper crescat in nobis cœlestium bonorū amor,
 qui nisi subinde uotis ardētibus uelut ignis aura suscite-
 tur, primū tepescit, deinde paulatim extinguitur. Quē-
 admodum enim indignus est accipiendus, qui pro acci-
 ptis non agit gratias, hoc est, qui nō agnoscit dei bene-
 ficiam, ita non meretur accipere tantā felicitatem q̄
 eā, aut nō desiderat aut desiderat frigide. Porro q̄ uehe-
 mētè aliqd amat ac sperat, nō potest nō frequēter opa-
 rare, ut qd amat, cōtingat. Quid est igitur nō assare ab
 orādo? per omnem uitā desiderare summū illud bonū,
 quod nobis in futuro sæculo promittitur. Ad hūc scopū
 cum homines pijs dirigant quicquid agunt interim in

MODVS ORANDI

*hac uita, siue comedunt, siue bibunt, siue dormiunt, nina-
rum tota illorum uita perpetua quedam est depreca-
tio. Sic enim loquitur Raphael Tobie: Quando orabas
cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & relinquebas
prandium tuum, & mortuum abscondebas per diem in
domo tua, ego obtuli orationem tuam domino. Nimirum
totum hoc quod agebat, erat oratio. Quonia autem ani-
mus ob huius corpusculi necessitatem frequenter in mul-
tas curas distrahitur, ad exatandam huius desiderij scintil-
lam, expedit frequenter animum ab huius seculi curis
auocare, quo secretis precibus incalescat in amorem ui-
te coelestis. Praestat & hoc instans deprecatio, ut copio-
sius quod petitur accipiamus. Nam uehementer optasse
que nobis promisit deus, est quodammodo promeruisse
Porro si quando legimus uota sanctorum per angelos in
Tobie preces diat se pertulisse ad dominum, quemadmodum Raphael
Apocalypsi angelus astat altari gestans thuribulum
aureum, unde gratissimus suffitus aromatum ascendens
perfertur usque ad conspectum dei. Rursus in actis legi-
mus, quod preces & eleemosynae Cornelij ascenderint
in memoriam in conspectu dei. Quin & Paulus scri-
bens Philippensibus, monet ut petitiones illorum innotes-
cant apud deum. Haec inquam, & huiusmodi si quando
sunt obuia in sacris literis, non sic accipienda sunt, quae
si quemadmodum rex aliquis per nuntios disat quid ali-
bi gestum sit, aut per assistentem admonetur, cuius succo-*

Cap. 1.

Cap. 8.

Cap. 10.

Cap. 4.

PER ERAS. ROTE.

erat oblitus: ita per angelos internuntios resuscitat deus
 quid nos optemus: aut commonefiat quid fecerimus, aut
 nostro clamore discat, quid desideremus qui melius no-
 uit corda nostra, quã nos ipsi, aut mētes etiam angelicæ.
 Sed hic est arcana scripturæ mos, ut hominibus huma-
 no more loquatur. Quod rogari vult, nostra causa vult
 & ipsi potius orando discamus quid nobis sit opus, q̃ il-
 le. Deniq; si quando angelorum ministerio utitur, nō sic
 utitur, quasi usquam illis ministris egeat, sed sic rectius
 intelligimus quantopere curæ simus deo, qui nobis an-
 gelos suos curatores et protectores addiderit. Et angeli
 fruuntur charitate sua, dum per latis ad deum uotis no-
 stris dei dona viasim ad nos ferunt. Ad hæc iuxta scri-
 pturarum idioma ignorare dicitur dominus quod nō ap-
 petant. Rursum innotescant illorū petitiones qui sic
 orant, ut mereantur audiri. Proinde Paulus præmisit, ut
 nihil solati sitis, sed in omni oratione & obsecratio-
 ne, cū gratiarum actione, petitiones uestre innotescant
 apud dominū. Nō audiuntur solati, q̃ præsidio cœlesti
 diffisi, fidūt humanis opibus aut ingenijs. Nō orāt nec
 obsecrant, q̃ non orant instanter. Non orāt cum gratia-
 rum actione, qui quoniam quod accipiunt, suis ascribūt
 meritis, potius q̃ benignitati diuinæ, nō tribuunt gloriã
 deo, non innotescūt illorū præces apud deum, qui cum
 pharisæis stāt in angulis platearū, & sub prætextu pli-
 cæ præcationis deuorant domos uiduarū. Iam si cui uide

Matth. 12.

MODVS ORANDI

tur impossibile, ut homo nunquã cesset ab orando, quod
 apud Lucam præcipit dominus: aut sine intermissione
 præcetur, quod docet Apostolus: aut intelligat totã pio-
 rum uitam esse iugem ac perpetuam orationem, donec
 contingat summũ illud bonum, quod semel adepti desi-
 namus torqueri desiderio: aut putet hic esse tropũ, qui
 diatur hyperbole, ut accipiat eum indefinenter orare,
 qui frequenter & instanter orat: nec desinit à precibus
 donec quod petit impetrauerit. Sic dictum est: Clama-
 ne cesses, exalta ut tuba uocem tuam. Nec interrumpi-
 tur deprecatio, etiã si remittatur ad tempus illa mentis
 intentio, nisi ponatur eius rei desiderium quã petimus.
 Superest ut ostendamus quicõsistant que uidebãtur in-
 ter se pugnare, pugnant enim in specã: Nolite multũ
 loqui, & sine intermissione orate. Cuius questionis nõ
 dũ forsitan sic expedierit aliquis, ut respõdeat nõ inter-
 dia nobis prolixiorẽ in precibus affectum, sed loqua-
 citatẽ. Verũ huic protinus respondebitur, Christum nõ
 solum orasse prolixius, uerum etiã eundẽ sermonem ter
 repetisse. Idẽ Luc. cap. 6. pernoctat in oratione dei, quã
 si uocalis fuit, ut fuisse pbabile est, nõ potuit esse breui-
 loqua. Proinde cum dñs Matth. 6. docet discipulos suos,
 ne in orando multiloqui sint, nihil aliud docet, q̃ ne cre-
 dant deum inani uerborũ strepitu flecti, rem eandem
 subinde flagitantium. Nã Græcis est βαττολογία
 τε: βαττολογία autẽ illis diatur, qui uoces easdem
 frequenter iterat sine causa, uel loquacitatis, uel natu-

14.58.

PER ERAS. ROTE.

ra, uel consuetudinis uitio. Alioqui iuxta præcepta
 thorum nonnunquam laudis est iterare uerba, quemada-
 modum et Christus in cruce clamauit: Deus meus de-
 us meus, non erat illa βαττολογία, sed ardens ac ue-
 hemens affectus orantis. Non est loquax deprecatio,
 quæ diu respōdet affectui. Nō ē battologia quoties ardor
 animi, ueluti flamma subinde maior emicans, exprimit,
 easdem uoces: alioqui deprehendes in omnibus psal-
 mis sanctam quandam ac penè perpetuam battologi-
 am. Domine ne in furorc tuo arguas me. Id semel dictū
 inuocat, neq; in ira tua corripias me. Miserere mei de-
 us secundum magnam misericordiam tuam. Id iterat: Et
 secundum multitudinem miserationum tuarum dele ini-
 quitatem meam. Huius uersiculi clausulam reānit in
 proximo. Amplius laua me ab iniquitate mea, et à pec-
 cato meo munda me: Nec hoc satis affectui regis, Auer-
 te faciem tuam à peccatis meis, et omnes iniquitates
 meas dele. Cor mundum crea in me deus, et spiritum
 rectum innoua in uisceribus meis. Eandem battologiā
 animaduertere licet in præceptis ueteris testamenti,
 atq; adeo in præceptis Christi, præsertim apud Iohana-
 nem. Quoties iterat eadem, dum illis infigere studet
 charitatem mutuam, fidutiā in ipso, et præcandi instan-
 tiam? Non est hæc ethnicorum battologia, sed uel af-
 fectus pij uehementia, uel studiū inculcandi, cuius nō me-
 minisse perniciēs esset. Ita q; dominus non simpliāter dis-

Psalm. 6.

Psalm. 9.

MODVS ORANDI

Matth. 6.

1. Regum. 18.

xit: Nolite multū loqui, sed adieat, sicut ethnici: putant enim qđ in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis. Habent hanc batrologiam etiam nuntii teres poetarum hymni, quos in dcorum suorum laudem composuerunt, in quibus nōnūquam unus deus quadraginta diuersis nominibus inelamatur, ut ex tam multis unum saltem agnoscat. Talis erat oratio prophetarum, quos legimus inelamasse nomen Baal, à mane usque ad uesperam nihil aliud dicentes, quàm Baal exaudi nos. Et ijdem à meridie, maioribus etiam clamoribus fatigare cœperunt deum suum. Nec defuerūt heretici quos Psallianos siue Euchitas appellant, qui dū qđ dominus dixerat, nunquam ab orando cessandum, et quod Paulus iubet, ut sine intermissione oremus, perperam acciperēt, totos dies nihil aliud, quam repetebant psalmos ac preaulas, in hoc certantes, ut qui quam plurimum psalmorum euoluisset, is uideretur ceteris sanctior. Et tamē ne sic quidē prestiterunt, quod iuxta grammaticum sensum sonat, nunq̄ cessandum ab orando, et sine intermissione orate. Certe uel abusus ac potus, certe uel somnus, certe uel tuſsis, sternutatio aut osatio interrupebat illorum preces. Verū hac de re fortasse plura, cum locus admonebit nos de modo precandi nonnulla disserere. Vt igitur qđ polliati sumus, breuiter absoluamus: primum considerandum est, quis sit is quē oramus, et quis sit is qui orat. Si cui cum Cesare sit loquendum, quanta solitudine sese cōponit, ne quid sit in cui

PER ERAS. ROT.

in corpore, aut in uerbis, quod Caesaris offendat oca-
 los. Et tamē hic homini cum homine res est, mortali cū
 mortali. Proinde qui parat adire thronum diuinę maie-
 statis, quam ipse quoq; tremunt angelicę potestates,
 quanto studio par est ut seipsum componat, ne quid sit
 quod offendat oculos dei. Regi non loqueris, nisi flexis
 in terram genibus: & deo loqueris erectus, non dico
 corpore, sed arrogantia, sed fiducia tui. Hominem regem
 non audes appellare, nisi pura ueste pexo capillitio, lo-
 to corpore, ac fortassis etiam uncto, ne quid offendat pe-
 dor: & dominum appellas tot modis inquinata consaē-
 tia. Multis apud principes mundi dicturis, pudor ac re-
 uerentia sublimitatis, licet humanę, uocem simul ac mē-
 tem adimit: & tu osātans ac uelut aliud agens loque-
 ris deo tuo. Deo clamas: Exaudi orationem meam, au-
 ribus perape uerba oris mei, nec ipse perāpis interim
 que loqueris. Ne qd interim loquar de istis, qui lingua
 sonantes sacras preces, oculis lasauiunt, animo uersant
 obscena. Ceterum ne quē ab orando deterreat dei con-
 siderati maiestas, illud secum cogitet, eundem nulla re
 maiorem esse, quam misericordia et charitate erga ge-
 nus humanum. Acedis ad conditorem, sed idem redem-
 ptor est. A dis dominum oīm, sed idem pater est ipsi fi-
 dentium, A dis iudicem, sed eum, qui filium unicum tra-
 didit in mortem, ut omnes seruet, condemnaret nemi-
 nem. A dis iustum, sed interim tempus datum est miseri-
 cordię. Et quomā iustus est, nō potest fallere promissis

Psalm. 4.

MODVS ORANDI

Quis oret.

promisit autem per filium, se nihil negaturum ijs, qui cum fiducia petunt in nomine filij. Interim & teipsum contemplare precator. Humanculus accedis ad solium dei. Deo nihil cogitari potest sublimius: homine uero quid abiectius, qui etiam si pius sit, & innocens apud homines, tamen omnium hominum puritas, impuritas est, si ad diuinam puritatem conferatur. Quid igitur hic faciet homo? Erigat sese oportet in altum, ut cum eo qui in caelis habitat, imò qui supra caelos omnes est, atq; adeo ut melius dicam, qui sublimitatem omnem quae diuina est, aut animo concipi queat, transcendit, loqui possit. Et noua quadam ratione fit, ut quo magis sese deiecit, hoc deo fiat uianior. Procul aberat à deo phariseus ille, qui proximus propitiatorio commemorabat sua beneficia, ac caeteros homines praese fastidiebat. Publicanus qui procul stans orabat, proprius ad deum accedebat. Excelsus enim est dominus, & humilia respiciat, alta uero à longe cognoscit, fastidit fastidiosos, & respiciat in deprecationem humilium, & non spernit precem illorum. Vis audire quam res sit sublimis, hominis se se deijacentis deprecatio? Doct hoc sapiens ille Syrach: Oratio inquit, humiliantis se, nubes penetrabit, & donec propinquet non consolabitur, & non descendet donec altissimus respiciat. Est & hodie uidere quosdam superbos deprecatores, qui cum sint laici, tamen opibus aut stemmatis suis turgidi irrumperunt in choros sacerdotum eosq; nonnunquam suis depellunt sedibus. Nuda

Luce. 18.

Eccl. 35.

PER ERAS. ROT.

In species orantis in gestibus aut vultu, diceres illos in
 theatro quopiam ostentare sese. Principi datur tentori-
 um aureū proxime altare, nonnunquam & supra. Vi-
 dimus & plebeios homines depulsis alijs, sic ingerētes
 sese ad altare, ut sacrificium contingerent, atq; etiam
 nidore suo afflarent, quasi deo propiores quā ceteri
 qui procul absistunt, atius exaudirentur. Quinetiam
 illud morientes ambiunt, ut in sanctis sanctorum proxi-
 me summā aram sepeliantur: quasi deprecationes quę
 sunt pro defunctis, atius ad ipsos q̄ ad alios puenturę
 sint. Dicit aliq; quomodo fiet, ut me deiciendo erigam
 ad eū, qui est sup oēm altitudinē & erigendo deiciam?
 Si vis euolare ad deum (nā omnino deprecatio uolatus
 quidam est animę) sarānā carnis deponas oportet, &
 alas induas. Quomodo subuolabit in cœlū animus plū-
 beo peccatorū onere depressus? Quomō sese subriget in
 sublime, qui tanto auri, argentiq; degraatur pondere?
 qui præter terrā nihil habet in pectore? qui totus est car-
 neus? Pater tales quærit deprecatōres, qui ipsum orent
 in spiritu. Itiq; spūs fias oportet, ut spūs spiritū alloqua-
 ris. Si peccator es, abijce peccatorum sarānā, exue pec-
 candi affectus, deijce te ipsum in sacro & cinere: cū pu-
 blicano subduato te à sacris prostratus in terrā tunde
 pectus: cū Magdalena plora demissus ad pedes Iesu: cū
 Petro exi uelut indignus conspectu domini, & amare
 fiet: sis in principio accusator tu: nihil aliud appella-
 q̄ dei misericordiam, sic à deo recedens p̄pinquus fiet

Ioan. 4.

MODVS ORANDI

Sapient. 9.

deo. Si criminum mole grauatus non es, tamen depre-
 caturus, sordidas humilesq; caras tantisper abijce, dum
 cū altissimo loqueris: expurga si quod maleuolētie fetu-
 mentum residet in animo tuo aduersus proximū: ac les-
 ues etiam culpas, sine quibus hæc uita nō transigitur, dis-
 lue. Hinc mos inoleuit apud Christianos, ut in ingressu
 sacram. eadem orandi gratia, semet lustrent aspersione
 aque cōsecrata. Quin & hoc ipsum corpus cū, quod
 arcūserimus multis obnoxium infirmitatibus, aggra-
 uat animā, ac terrena inhabitatio deprimit sensum mul-
 ta cogitātem. Et si fas est hic Horatii uerbis uti: Cor-
 pus onustum externis uitijs animum quoq; degrauat
 ipsum. Atq; affigit humo diuina partialā aure. Qui
 diuites sunt in hoc seculo, uelint, uolint, cogūtur frequē-
 ter humi repere: pauperes uero hinc interpellat uxor
 indotata, hinc liberi destituti: Cæterū qui simul & uxo-
 ris, ac liberorum, & affinium cura digrauat sunt, &
 opibus onerantur, & honorum ac magistratum mun-
 danorum sarcinam sustinent ac negotiorum undis obru-
 untur, hi nimirum pisabus assimilēs sunt, immersi cras-
 siori elemento, & reāprocis undarum motibus huc &
 illuc uaallantes. Sunt tamen & mundi pisces, qui pinna-
 las habent, quibus nixi, subinde saltu promicant in alti-
 ram puriorem: quidā etiā uolatum meditantur. Quid
 igitur istis suadebimus? Quid nisi ut orent dominū, ut
 dignetur ipsos euangelico reti captos pertrahere ad libi-
 tas uitæ tranquillioris. Sed quodānq; genus animarū

PER ERAS. ROTÆ

tis sit homo, metamorphosim accipiat oportet, ut ex rea
 ptili, quadrupede, aut pisca fiat uolucris: fiet autem, si su
 mas alas columbæ, quas optat Psalter ille mysticus, qui Psal. 54
 multis oneribus degrauiatus: Quis, inquit, dabit mihi
 pennas, sicut columbæ, & uolabo & requiescam: Inno
 xia quidem auis est columba, sed perniciissimi uolatus.
 Huiusmodi columbis delectatur in Cantico sponsus. Co
 lumba eris, si nulli malum incogites, si neminẽ iudices, Cap. 6.
 si de nullo perperã suspiceris. Verum alas, inquires, un
 de: Duas indiabo, quibus facile subducaris in cælum:
 Altera est contemptus rerum mundanarum, altera est
 desiderium rerum coelestium. Altera te submouebit ab
 his que sunt carnis, quemadmodum scæer ille Psalter,
 iam impetratis alis diat: Ecce elongaui fugiẽs, & man
 si in solitudine: Altera te admouebit throno dei. Felix ẽ
 solitudo, que subduat animũ nostrũ ab omni consortio
 uitiorum aut malarum cupiditatum, atq; etiã quantum
 fieri potest, ab omni strepitu solitudinum carnis, ad
 quas tamen ipsa ne cessitas nonnũquam reuocat, inter
 dum & fraterna charitas. Vis audire priorem alam lo
 quentem? Audi: Infelix ego homo, quis me liberabit de Roma. 7.
 torpore mortis huius? Audis uotũ gestientis ab his que
 uidentur prorsus auolare. Vis audire alteram? Quam Psal. 81.
 dilecta tabernacula tua domine uirtutum, concupiscit
 & deficit anima mea in atria domini: & Sicut ceruus
 desiderat ad fontes aquarũ, ita desiderat anima mea ad
 te deus. Audis affectum aspirãtis ad immortalitatis cõ

MODVS ORANDI

tubernium. Commonstrauit nobis utrâq; alam Paulus ad Coloss. 1. Si cōsurrexistis cū Christo, quæ sursum sunt querite, ubi Christus est in dextera dei sedēs, quæ sursum sunt sapite. Habes alam subuehentem ad cœlum. Addit non quæ sup terrâ. Habes alam fugientem. Eam clarius indicat paulo inferius: Mortificate ergo, inquit, membra uestra quæ sunt super terrâ. Membra uocat cupiditates carnales. Ac mox: Expoliantes uos ueritē hoīem cū actibus suis, et induētē nouū. Vetus homo terrenus est et ideo subuolare nescit, sed i terrâ pnus nihil amat aut querit nisi terrenū. Ceterū q̄squis in nouū hoīem trāsformatus fuerit, is quoniā ea quæ prius faciēbat plurimū, nunc ducit p̄ ruderibus: et quæ prius existimabat in gens esse lucrū, nunc iudicat esse dānosa, ex pecude terrestri factus est uolucris cœli, factus est colūba, habetq; duas alas quibus se subrigat ad thronū dei. Hactenus cōsideratū est, q̄s, qui rogatur, et quis q̄ rogat. Monet hic temporum status, ut obiter paucis discautiamus, ad quem sit dirigenda precatio. Videmus autē solennes ecclesie preces à prisās nobis traditas, de his sentio quas collectas uocant, plerasq; dirigi ad patrem, nonnullas ad filium, nonnullas ad spiritum sanctum, in omnibus tamen fieri triū personarū mentionē. Idq; tanta religione uidemus à ueteribus obseruatū, ut ne i his qdē, q̄bus multū utitur in ferijs Pentecostes, ulla sit quæ sp̄m sanctū appellet. Hoc dūtaxat in his, quas sacerdos pro toto pp̄lo p̄nunciabat. Ceterū in cantionibus quas populus decant

PER ERAS. ROTE.

tabat, nō uitatur inuocatio sancti spūs, uelut in p̄sis, hy
 mmis & antiphonis. Tanta erat antiquis religio, ne qd
 auderent, qd diuinis literis nō esset expressum. Ideo serē
 p̄cations oīm diriguntur ad p̄m, q̄ palā & crebro
 legūt ap̄los admonitos ut p̄m coelestē orarēt, sed i no-
 mine filij. Et filius in euangelijs frēq̄nter orans p̄m al-
 loq̄tur, sp̄m sanctū p̄mittit, nō orat. In solo Iohāne cū
 toties iubeātur rogare p̄m in noīe filij, semel dūt̄axat
 legitur: Si qd p̄teritis me, in noīe meo hoc faciā. Quāq̄
 hoc p̄nomē me, nō additur in plerisq̄; gr̄ecis codicibus
 ac ne in latinis qdē oībus. Certe Theophylactus nec le-
 git nec interpretatur, haud dubiū interpretaturus si le-
 gisset: cū illic pugnet aduersus Arrianos, ex his uerbis:
 Si quid p̄teritis hoc faciā: arguēs equalē filij potestā-
 tem cum patre: collecturus idem efficiāus, si scriptum
 fuisset, Si quid p̄teritis me. Quāq̄ hic obstrepit scri-
 ptus qui cōsistat, ut quis petat aliqd a Chrō in noīe Chri-
 sti, nisi forte petamus ab hoīe Chrō: in noīe filij deitāet
 si Stephanus ī actis, nihil ueritus est dicere: Domine Ie- Cap. 7.
 su accipe sp̄m meū. Proīde hic sermo nō eo spectat, ut
 dubitetur an sit inuocandus sp̄s sanctus, sed ut dicitur
 de inuocandis diuis, indiā q̄ anxia fuerit maioribus
 religio suscipiendi, quod autoritate manifesta sacre scri-
 pturæ traditum non eēt, p̄sertim in his que superāt
 humanum intellectum. Eadē religione fuit sanctus Hie-
 larius, q̄ post diurnū silētiū, duodecim libris instantissimē
 contendit, ut filiū doceat esse uerum deum, cum solus

MODVS ORANDI

pater dictus sit in euāgelio uerus deus, spūm sanctū nos
 quam qđ saam audet pronuntiare deum, nec adorandū
 p̄fiteretur, sed promerendum: eundē creaturā reueretur
 dicere, cum Hieronimus non uereatur filium dei pronū
 tiare creaturā. Nos diligentius ex assis sacris uoluminis
 bus, ac maiorū autoritate freti nō ueremur filiū dei ap
 pellare uerū dcū, et ad illum nostras preces dirigere, nō
 hoc aīo quasi qđ possit dare filius qđ nō daturus sit pa
 ter: sed qđ psuasum habeamus filium idē uelle, idē pos
 se, quod uult et potest pater, quanq̄ pater autor & fons
 est oīm. Et fortassis hæc est bona pars Christiane relig
 onis in rebus diuinis uenerari omnia, nihil autem affir
 mare, præter id quod in sacris literis palām expressum
 est. Iam quanq̄ satis constat, et apud ueteres orthodoxos
 inuocationē sanctorū fuisse, præcipue martyriū: tamē il
 lud inter plerosq; conuenit ex scripturis canonicis docē
 ri nō posse, sanctorū inuocationem esse necessariā. Nec in
 solēnibus precibus ulla præcatio dirigatur ad sanctū ali
 quē, sed uel à patre, uel à filio petitur, ut illorū interces
 sio ac merita psint, eorū memoriā pie colēnibus, ac uesti
 gijs illorum ingredi studentibus. Nullus autē sanctorū ē
 qđ dicere possit, quicqđ petieritis à patre in noīe meo, aut
 si qđ petieritis à me, hoc sciam. Sanarunt ægros ap̄li,
 suscitarunt mortuos, sed in noīe IESV, sed inuocato pa
 tre: cuius nomen etiā si nō exprimatur, tamē inuocatur
 in filio, quē admodū et clarificatur in filio. Nūc duplex
 mouetur quæstio: An pium sit inuocare sanctos, et an sit

PER ERAS. ROT.

tolerandum. Etenim his qui contendunt, ideo non ferē-
 dā sanctorū inuocationē, qđ id nobis nō tradat apte sa-
 crarū literarū autoritas: responderi poterat, p̄babilius
 colligi, si scriptura nec præcipit nec uetat, ideo nec exi-
 gēdā ut necessariā, nec p̄hibendā ut impiā. Quādoqđē
 ipsa rei natura cū impietate coniuncta nō est: ut interī
 hoc istis largiamur quod assumunt, nihil exigi posse cō-
 sūtūōibus hoīm, qđ nā expressum sit in literis canoni-
 cis. Hoc certe dogma fallit in p̄petua uirginitate Mariæ
 matris Iesu, quæ cū sacrarum scripturarum euidentibus
 testimonijs doctrinā non possit, tamē quoniā magno consē-
 su nobis a priscis orthodoxis tradita est per manus, ne-
 mo tolerandum existimaret, qui asseueraret illam ædi-
 tum domino post à uiro cognitam fuisse ac fortasse ne il-
 lum quidem qui hac de re ambigeret. Quod si respōde-
 rit, ideo nō tolerandum hunc asseueratorem, aut dubi-
 tatorem, quod probabilem opinionem, iā olim magno
 consensu gentium probatam conetur cōuellere, id quod
 absq; turbatione publicæ tranquillitatis, magnoq; Chri-
 stiani gregis offendiculo fieri non potest: obijā poterit,
 et sanctorum inuocationem simili consensu traditam à
 priscis orthodoxis, eoq; nō leuiore scādalo posse labefa-
 ctari. Non hic audiā istos q; obijāunt exemplum erroris
 inueterati. Aliud est, quippīā quocunq; modo inoleuisse
 aliud est rem natura piā ab his fuisse traditā, q; uianī
 fuerunt temporibus apostolorum, magnoq; et longo to-
 tius orbis Christiani consensu fuisse cōprobatā. Nec mi-

MODVS ORANDI

hi uidetur leue argumentum quod Hieronymus adfert,
 pugnant aduersus Vigilantium. Si pij dum adhuc mor-
 tale corpus circumferentes, nec omnino carent peccatis
 & egent alienarum precum intercessionibus, tamen audi-
 untur orantes pro fratribus: quanto magis credendum
 est, eosdē iam exuta mortalitate, omniq; uita huius con-
 tagio liberos, posse aliquid apud deum, praesertim cum
 neq; fraternā charitatē, neq; nostri studium cum uita po-
 suisse credendū sit. Certe dubitari non potest, quin hi qui
 iam in caelis agunt, uotis ardentissimis optent salutē om-
 niū qui Christi nomē profitentur. Et si cū in uiuis eēnt ora-
 bant etiam pro his, qui erant à Christo alieni, atq; adeo
 pro ijs à quibus affligebantur & occidebantur: qui con-
 sentaneum est, eosdem nunc nec pro fratribus periculi-
 tibus orare, nec quicq; apud deum posse, pro cuius amo-
 re sese tradiderunt in mortem. Et si pie faciebat, qui
 Paulo in terris agenti dicebat: Ora pro me dominū timē-
 pius habebitur, q; totidē uerbis appellet eundē nūc agen-
 tē in caelis? Si responderit, hic eē statū pmerendi, post hāc
 uitā nō itē, regeri poterit in eos ipsorū dogma: siquidē hoc
 qd asserunt nō est expressum in sacris literis, uidelicet
 post hāc uitā pios nihil pmereri. Et si demus sanctos
 uita defunctos nihil pmereri, certe pius ille affectus nō
 potest nō esse deo gratissimus, quo sanctos amore Chri-
 sti ueneramur, imò in quibus Christū ipsū ueneramur
 Et ideo imploramus illorum intercessionē, quod nos in-
 diānus indignos, qui deum ipsū appellemus, ac per-

PER ERAS. ROT.

suum habemus deo, qui hic multa nobis p̄ sanctos suos
 largitur, quæ per se dare poterat, etiã hoc esse placitum,
 ut per eos quos iam dignatus est regni sui cõsortio
 multa nobis largiatur. Vivos p̄ uiuis orare uoluit, ut in
 ter oēs aleret mutuã charitatem: sic eorum quos iam de
 gnatus est coelo, uota nobis p̄desse uoluit quo magis il
 lorũ uitã studeamus emulari, et ad illorũ cõsortiũ pro
 peremus euolare, quorũ intercessionẽ sentimus nobis
 efficacẽ. Iã qđ adferunt ex epl̄a Pauli ad Timotheum: 1. Timo. 2.
 Vnus enim deus, unus mediator dei et hoĩm, hõ Chri
 stus Iesus, si quis urgeat simpliã sententia, excludet etiã
 eã precationem, qua mortalis orat pro mortali. Etenim
 si solus dominus Iesus intercedit inter deũ & homines
 quare hic queritur intercessor, qui intercedat apud in
 tercessorem? Quod si ratio est, cur mortalis aliquid fla
 gitet à deo per hominem mortalem, quod tamen à deo
 à ira ullum intercessorem peti poterat: probentur &
 cur se cur per sanctos qui in coelis sunt, aliquid flagite
 mus à domino. Nodum hunc sic explicant quidam, ut
 fateantur ex uerbis Pauli nõ futurũ fuisse liatũ, quena
 quam sanctorum inuocare præter Christum, nisi scri
 ptura manifeste prodidisset exceptionem. Quando
 quidem orandi formam talem præscripsit dominus, ut
 quisquis ea utitur, non solum pro se, uerum etiã pro alijs
 oret. Et in hoc ipso loco, quẽ ex Paulo retulimus, præ
 pitur ut fiant obsecrationes, orationes, postulationes,
 pro omnibus quidem hominibus, sed præcipue pro regē

MODVS ORANDI

bus, et in dignitate publica constitutis. Dominus autem
 præcipit ut oremus etiam pro inimicis. Ceterum quoni-
 am nusquam in sacris literis extat exceptio de sanctis ui-
 uis de sanctis inuocandis, arbitrantur irreligiosum, au-
 dere, quod illarum autoritate traditum non est: mul-
 to etiam irreligiosius exigere. Ac mea sententia Paulus
 nequaquam hoc illic agit, ut dum unum intercessorem pro
 nuntiat dominum Iesum, excludat intercessionem sancto-
 rum, sed ut declaret, Christum pro omnibus gentibus esse
 mortuum, neque cuiquam in alio ponendam esse salutis spem. Nam
 Iudei Christum abnegantes, fiduciam habebant in Mo-
 se et Abraham, aut alium quendam Messiam expecta-
 bant præter Christum. Et plerique Iudeorum qui Chri-
 stum agnoscebant, non patiebantur gentes ad euangelice
 gratie consortium recipi, quod cum prædicarent uni genti
 Iudeorum seruadæ missum. Hoc Paulus gentium aposto-
 lus refellit, posteaquam enim iusserat orare pro omnibus
 hominibus, addidit: Hoc enim bonum est et acceptum co-
 ram saluatore nostro deo, qui omnes homines uult sal-
 uos fieri, et ad agnitionem ueritatis uenire: unus enim
 deus, et unus mediator dei et hominum, homo Christus
 Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. Cu-
 ius testimonium temporibus suis confirmatum est: In quo po-
 situs sum ego prædicator et apostolus, ueritate dico, non
 mentor, doctor gentium in fide et ueritate. Vnaqueque
 natio suos habebat deos, soli Iudei gloriabantur suo deo
 quasi is non esset deus omnium gentium: ideo dicit, unus

PER ERAS. ROTE.

est deus seruator omnium, & unus est reconciliator dei
 & hominum, qui mortuus est pro omnibus, sine exa-
 ptione personarum. Talis intercessor unus est, & idē
 unus est omnium communis: sic unus est dei filius, et ta-
 men is dicitur habere multos fratres: nimirum & ipsos
 dei filios. Quemadmodum igitur unicuique filius nō exclu-
 dit filios dei à consortio nominis, itidem unus intercessor
 nō excludit alios intercessores, si quidem hic solus erat,
 in quo erat pater, mundū reconcilians sibi, & p̄ quē ua-
 lent ceteri sancti, si quid ualent. Postremo donemus ex
 superfluo sanctos oculos frui Christo, neque nobis suis
 suffragijs prodesse posse: certe miretur explodi pius
 ille hominis affectus, quo sibi totus displicens, non audet
 at tollere oculos ad thronum glorię dei, sed ad aliquem
 sanctorum confugit quē putat esse deo gratum, semp̄q;
 uersari cum deo: atq; hunc eo maiore fiducia compellat
 peccator, quod sciat illum quoq; fuisse peccatorem, ac
 dei misericordiam consecutū. Neq; enim Christus dāna-
 uit affectum mulierulę, sanguinis profluuio laboran-
 tis, q; indignam sese iudicasset ut Christum ipsum palā
 adiret, sed contigit simbriam uestis illius, & sanata est.
 Omnes sancti Christi membra sunt. Si per simbriam at
 tactam dat beneficiū, mirum est si dat per sua mēbra:
 Christus nullam suam uestem subduxit in cælum, mem-
 bra sua subduxit. In actis apostolorum legimus, sanatos
 egrotos, quos umbra corporis illorū attigisset, et à dē-
 monijs quoq; liberatos, qui contacti fuissent sudarijs, et

Actū. 5.

MODVS ORANDI

*semianctis, quæ contigissent corpus apostoli Pauli. Ha-
 rum rerū tota gloria debebatur deo. Dices: cur igitur
 hanc gloriā tribuebat discipulis? quia sic illi uisum est:
 Sic ipse pater uoluit glorificari per filium, sic filius per
 discipulos, & sic expediebat nobis, quo magis agnosca-
 remus illam ab apostolis nobis traditā sanctorum com-
 munionem, quæ non solum uiuos, uerum etiā pijs defun-
 ctorum animas, atq; ipsos etiam angelicos spiritus com-
 plectitur. Age si quis subinde salutem angelum sui custo-
 dem, cōmendans illi uota sua Christo perferenda, num-
 is dignus uidebitur, qui reprehendatur? Non, opinor, et
 tamen angelus nihil aliud est quā minister. Si quis respo-
 deat: Quid opus est hæc dicere angelo, cum licet at com-
 pendio dicere Christo: Accipe uota meæ: huic uicissim
 obijciam: Quid opus erat nobis angelo addi pedagogo-
 gos, cum deo protectore fuerimus satis tuti? Sic deus
 uoluit nobis & angelos commendari, sic uoluit suam er-
 ga nos charitatem per angelorum erga nos ministerium
 illustrari. Quod pie dicitur angelo, cur non pie dicatur
 Petro & Paulo? Ipsa rei natura nullam habet speciem
 impictatis. Primum pium est credere aīas sanctorū sup-
 stites esse suis corporibus. Christianum est credere, illas
 iā uiuere cum Christo, iuxta Pauli uotū: Cupio dissolui
 et esse cū Christo. Pium est credere, illos esse Christo gra-
 tissimos, pro quo uolentes uitæ dispendiū fecerunt. Nec
 impium est credere Christum & illorum memoriā no-
 bis uelle sacrosanctam esse, & se per illos iam immor-
 s*

PER ERAS. ROTE.

talitate donatos glorificari uelle, per quos adhuc mor-
 tales nomen suum glorificari uoluit. Pium est igitur cre-
 dere, deum nobis quædam per illos largiri uelle, per quos
 conuertit orbem terrarum, per quos iudicaturus est mun-
 dum. Quod si crebra sanctorum inuocatio, simul et fidei
 exercitatio est, & charitatis redintegratio, & spei no-
 stræ confirmatio, quod cause est, cur eam existimemus repre-
 hendendam. Si præ sunt alijs merita militantium, quantum sunt quæ
 prædicant nulla eorum merita, nisi quæ usui erunt merita re-
 gnantium. Nemo negabit sanctos perpetuo teneri desiderio
 salutis nostræ. At quod hoc ipsum est intercedere, id illorum uo-
 tum, ut ratum sit precamur. Nunc audire mihi uideor,
 quos frequenter audio dicentes, ideo cohibendam sanctorum
 inuocationem, quod obscuraret gloriam Christi, in quam unum
 tota nostra fiducia transferenda est. At ipse Christus ni-
 hil metuens iacturam suæ gloriæ, ausus est promittere di-
 sapulis suis, si quis in ipsum credidisset, non solum ea facturum,
 quæ fecisset filius, patre in ipso operante, sed his etiam maio-
 ra facturum. Sic enim illi uisum est communicare suam
 gloriam, quibus dignatus est communicare regnum suum.
 & quorum non dedignatus est fieri minister. Porro au-
 tem cum diuorum cultus tribus rebus potissimum con-
 stet, imitatione uitæ, honore, inuocatione; quæ admodum
 non infidamur perfectissimum pietatis exemplar esse
 in Christo nobis editum: ita non arbitramur eos esse da-
 mandos, qui Christum in sanctis imitantur, in quibus illi
 uis donare fulserunt. Rursus quæ admodum ingenuè fatemur

MÓDVS ORANDI

& summum cultum & gloriam omnem ad deum esse
 referendam: ita non arbitror improbandam ecclesie con-
 suetudinẽ, quæ dicatis templis, quæ consecratis diebus
 festis, quæ solennibus canticis toto terrarum orbe san-
 ctorum memoriam ueneratur Christum in membris su-
 is uenerans, in quibus & ipsæ gloriosus esse gaudet, per
 quos apud homines glorificatum est nomen ipsius. Pos-
 tremo quemadmodum ingenue confitemur in Christo
 salutis nostræ summum præsidium esse colloandũ per
 quem pater cœlestis uoluit nobis omnia largiri, ita non
 uideo cur obstrepi debeat quorundam religiose mode-
 stie, qui reueriti dominicæ sublimitatis magnitudinem,
 adhibent sanctum aliquem intercessorem, cuius fauore
 commẽdetur apud deum, fortassis auersum. Etenim ut
 imitandis sanctis, non detrahatur perfectissimo pietatis
 exemplari, quod est in Christo Iesu, quemadmodum
 scribit Paulus: Imitatores mei estote, sicut ego Iesu Chri-
 sti. Rursum ut in honorandis sanctis non detrahatur glo-
 rie dei, sed augetur potius quod in sanctis nihil aliud ue-
 neremur, quam ipsius dei dona, à quo proficiatur omne
 datum optimum, & omne donum perfectum: ita in in-
 uocandis sanctorum suffragijs nõ minuitur Christi sum-
 mi intercessoris autoritas, non profecto magis, quam si
 quis sibi parum bene conscius, proinde reueritus regis
 conspectum, subornaret deprecatores quos sciret regi
 gratissimos esse. Primum hic ipse pudor hominis, quo
 & suam indignitatem agnoscat, & regis magnitudinẽ

PER ERAS. ROT.

reueretur, reddit illum regi commendatiorem. Nec ad
 eo fit, ut princeps per alios dare malit quod petitur, ni-
 mirum si qui sunt, quibus apud populū uelit hoc pacto
 gratiam & auctoritatem conaliari. Cæterū hanc mor-
 talium pietatem deo gratam esse, uel ipsis factis abun-
 de testatus est ad sepulchra martyrum, ad implorationē
 sanctorum tot miraculis editis, liberatis demoniacis, sa-
 natis ægrotis, exatatis mortuis, Nec enī arbitror quē
 quam fore tam impudentem, qui contendat omnia fa-
 bulas esse, quæ tot egregij scriptores ecclesiæ magno cō-
 sensu tradiderunt, etiam si fateamur, in hoc genere per-
 multa confingi. Hic, opinor, aliquis ināpiet commemo-
 rare, quanta sit quorundam in colendis iuocandisq; di-
 uis superstitio: qua de re nos quoq; frequenter admo-
 nuimus in libris nostris. Multi petūt à diuis, quod à pro-
 bo uiro non auderent petere, nec eos arbitrantur audia-
 turos, nisi certis quibusdam ritibus, ueluti magicis delia-
 nantur: & quod ab hoc petunt, non audent ab alio pe-
 tere, quasi singulis certa quædam officia designata sint,
 quemadmodum aliæ causæ deferuntur ad centum uiros,
 aliæ ad prætores, aliæ ad senatum, aliæ ad amphictyo-
 nes, aliæ ad Arcopagtas, Quidam sic petunt ab illis bo-
 nam mentem, quasi talium rerum autores sint, nō inter-
 cessores. Verum huiusmodi superstitio, ut sunt res mor-
 talium, aut ferenda est, si non exeat in impietatem, aut
 citra tumultum quoad licet corrigenda: nec ob quorum-
 dam stultitiam, id damnandum, quod per se rectum est

MODVS ORANDI

sed quod inest uitij corrigendum. Nec enī quia nonnulli perperā ac supra modum honorant sanctos, ideo prohi betur illorum pius ac moderatus cultus: nec quia quidam in sanctis imitantur, quod uitandum erat, ideo prohibemur imitari uitam sanctorum. Itidē superstitio multoq; qui secus inuocant sanctos, quam oportet, efficere non debet, ut in totum reprobetur illorum inuocatio: ali loqui uitanda esset euāgeliorū lectio, qđ ex hac ac nōnulli conāpium hæreseos semina: & interdicienda esset inuocatio domini Iesu, quod hi quoq; nomen illud inuocāt qui magicam exercent. Error coarguendus est, si talis est, ut tolerari non debeat: qualis ē cultus dui uinod apud Flandros, qui ab illis ritibus quibusdam parum sanis colitur. Et tantum ualet inolita consuetudo populi, ut nec episcopi nec magistratus possent tollere. In ostentandis sanctorum reliquijs, quantum in plerisq; locis superstitutionis est? In Anglia offerunt osculandum calicem diu i Thomæ, quondam archiepiscopi Cantuariensis, qui forte calicis est aliauius balatronis; & si quid ineptius quā adorare calicem hominis? Vidi ipse cum ostentarent linteola lacera, quibus uir ille diātur abstersisse muccum narium, abbatem ac ceteros qui astabant, adPERTO scriniolo uenerabūdos proddere ad genua, ac manibus etiam sublati, adorationē gestu representare. Ista Iohāni Coleto, nam is me cū aderat, uidebātur indigna, mihi ferenda uidebantur, donec sedaret oportunitas.

PER ERAS. ROT.

ea circa tumultum corrigendi. Rursum in publicis sup-
 plicationibus, ac pompis ecclesiasticis, quantum uide-
 tur apud quasdam gentes superstitionis? Vnusquisq; opifi-
 cum ordo circūfert suos diuos, ingentes mali portantur
 à multis sudantibus, quos oportet identidem refoillare
 potu. Quaedam statuæ carru uehuntur, representantur
 personæ, gestaq; diuorum ac diuarū, atq; niterim multa
 ridicula tum sunt, tum etiam dicuntur: & tamen quan-
 quam docta pietas asperet hæc esse sublata è moribus
 Christianorum, tamen tolerat, quoniam perspiat sine
 tumultu corrigi non posse, leuiusq; duat tolerare ma-
 lum, quam adhibere remedium. Quanquã hæc quoq;
 equaliaqualia sunt, moderatius ferunt, qui sciant ac repe-
 runt à quibus exordijs ea profecta sunt. Sunt enim ista
 uestigia ueteris paganismi. Olim in sacris ludis arcunse-
 rebantur Bacchus, Venus, Neptunus, Silenus cum saty-
 ris, et difficilius erat in Christianorū uita mutare pro-
 fessionem, quam publicam consuetudinem. Itaq; religi-
 osi patres arbitrabantur magnum esse profectum, si
 pro talibus dijs arcunferrentur statuæ piorum homi-
 num, quos miracula declarabant regnare cum Christo.
 Si superstitiosa cōsuetudo arsit à di cū scabibus in memo-
 riam raptæ Proserpinæ, uerteretur in religiosum mo-
 rem, ut populus Christianus cū accēsis æreis cōueniret
 in templum in honorem Mariæ uirginis. Si qui prius
 in morbis inuocabant Apollinē, aut Aesculapium, nunc
 inuocarent sanctum Rochum, aut Antonium: Si que

MODVS ORANDI

prius petierant uterum ac felicem partum à Iunone ac
 Lucina, peterent idem à sancto Iudoco, aut alio quouis
 diuorum: si qui consuessent rem domesticam tutandam
 & augendam Lari, Mercurio, aut Heruali commenda-
 re, committerent sancto Erasmo, aut Nicolao. Si nauis
 pro Venere & geminis inuocarent uirginem matrem
 eiq; pro impijs hymnis canerent nauticam cantionem:
 Salue regina. Si qui segetem stultissimis ritibus lustrare
 consueuerant, aut Cererem puerorum ac puellarum can-
 tu declinare, arcu ferrent per agros uexillum crucis, hy-
 mnos modulantes in laudem dei ac diuorum: Si pro Ioue
 hospitatore, miles ingressurus bellum sese committeret
 diuo Georgio, aut Barbaræ: Si ciuitatis singule pro tu-
 telaribus dijs, adoptarent Bauonem, Marcum, aut aliū
 quempiā è numero discipulorum Christi: Si qui popos-
 tis alijsue profanis ac superstiosis remedijs fulmen ar-
 cere, aut procurare consueuerant, sonitu consecratarum
 nolarum, aut suffitu consecratarum frondium idem fa-
 cerent: Si qui prius magicis artibus dolori cordis medea-
 bantur, iam admoto codice euāgelico mederentur: Aut
 qui post auditum primum in Maio coccyem, consper-
 so per abicium puluere, quem arcu scripto dextri pes-
 dis uestigio sustulissent, pulces ac pediculos profigere
 consueuerant, idem facerent illata diui Erasmi tunica:
 Si qui capitis impetigini & alopecijs superstiosis re-
 medijs subuenire consueuerant, idem facerent admoto
 pectine, q̄ fuit Christo cum matre communis, quem in

PER ERAS. ROTE.

dio Treueris etiam nunc ostendi: Si qui ad bellum se gla
 dijs fortunatis et induijs incantatis, solent armare, iam
 se munirent ligno crucis. Hæc tolerata sunt à patribus
 non quod in his esset Christiana religio, sed quod ab il
 lis, quæ cõmemorauimus, ad hæc profecisse magnus pi
 etatis gradus uideretur. Eadem ratione toleratæ sunt
 imagines, quas ueteres ecclesiæ proceres aliquot uehe
 menter detestati sunt, odio uidelicet idololatriæ. Gau
 debant igitur populū huc profecisse, ut pro decorum si
 mula cris uenerarentur imagines Iesu seruatoris, & ali
 orum diuorū. Quanquā harū usus iā in immensum pro
 gressus est. Nec tamen ideo profligandæ sunt imagines
 oēs è templis, sed docendus est populus, quemadmodum
 his conueniat uti. Quod inest uitij, corrigendū est, si fie
 ri potest absq; graui tumultu: quod inest boni, proban
 dū est. Optandū esset nihil in tēplis Christianorū con
 spici nisi Christo dignū. Nunc illic uidemus tot fabulas
 ac neniis depictas, ut septē lapsus domini Iesu, septem
 gladios Virginis, aut eiusdem tria uota, aliāq; id genus
 hominum inania commenta: deinde sanctos non ea for
 ma representatos, quæ ipsis digna sit. Siquidem pi
 etor expressurus uirginem matrē, aut Agatham, non
 nunquam exemplum sumit à lasciuia meretricula: &
 expressurus Christum aut Paulum, proponit sibi tenu
 lentum quempiam ac nebulonem. Sunt enim imagines
 quæ etius prouocant ad lasciuiam, quàm ad pietatem:
 hæc tamē à nobis tolerantur, quia plus uidemus ma

MODVS ORANDI

li in tollendo, quàm in tolerãdo. Videmus quaedam tem-
 pla foris et intus plena nobilium insignijs, clypeis, gale-
 is, leombus, draconibus, uulturibus, canibus, tauris, bu-
 balis, onocrotalis, uexillis ab hoste direptis: uidemus lo-
 cum occupatum ambitiosis diuitum monumentis, solã
 in æquale factum et ad ingrediendũ inhabile, quasi uel
 mortui studeant graues esse populo: hæc si feruntur in
 templis potius quã laudantur, arbitror & diuorum ima-
 gines rectè tolerari. Sed iã tempus est, ut ad id quod in-
 stituerat, recurrat oratio. Habes quis sit orandus, &
 quis sit qui orat, quanquam de hac posteriore particula
 non nihil attingemus in fine. Nunc uidendum est quid sit
 orandum. Hic nõ omnino male quidam ethnicus admo-
 nuit: Orãdum est, ut sit mens sana in corpore sano. Nã
 uulgus hoim se penumero pro salutaribus petit noãti-
 ra. Ceterũ rectè uisum est hoc orthodoxis patribus, ni-
 hil omnino petendum à deo præter ea quæ nobis in ora-
 tione dominica præscripsit dominus, aut quæ ad aliquã
 eorum partẽ spectant. Nec dubiũ est, quin ea primũ pe-
 tenda sint, quæ ad dei gloriã et salutem hoim æternam
 conferunt, quæ tẽm ad publicã utilitatem pertinent, pos-
 tius esse petenda, quàm quæ ad cuiusq; priuatam. Neq;
 tamen fas non est hæc temporalia cõmoda, quorum ino-
 pia molestiam adfert, aut incommodorum temporalia
 uel depulsionem à deo petere, si modo petentis animus
 non aliõ spectet quàm ad scopum æternæ salutis, ueluti
 si quis petat à deo corporis bonam ualeitudinem, ne grã

Quid oran-
 dum.

PER ERAS. ROTE.

his sit fratribus, ut possit utilitati proximorum commo-
 dius inservire. Si quis petat episcopo longævam vitam,
 quod intelligit illius doctrinam ac mores cōducere glo-
 riæ dei, & utilitati gregis. Ita Paulus iubet orare pro
 regibus, etiam idololatriæ, nō ut sub illis dītescamus, aut 2. Tim. 2
 voluptatibus corporis indulgeamus: sed ut quietam, in-
 quietam, ac tranquillam vitam agamus in omni pietate &
 castitate. Sic recte petimus liberis nostris vitam, ut nō in
 illis gloriemur, sed ut sancte educati proficiant in reli-
 gione Christiana. Proinde cum æternæ salutis votum o-
 portet esse perpetuum, in his petendis quæ sunt huius
 vite, semper debet subesse conditio, si velit deus, et si ex-
 pedi salutis nostræ. Non enim peccat qui deprecatur,
 ut liberetur à molesto morbo. modo sic oret: Domine sal-
 lus omnium uiuentium, si fieri potest, aufer hunc mole-
 stum morbum à me, ueruntamen fiat uoluntas tua, non
 mea. Si tu quem nihil fugit, iudicas hunc morbum ad æ-
 ternam salutem esse necessariam, tracta me ut iustum est
 tue sanctæ uoluntati: tantum impartī robur ac uires, ut
 queam perferre, faciasq; cum tentatione prouentum, ut
 possim sustinere. Quoties igitur precamur pacem, de-
 precamur bellum: quoties petimus salubritatem cœli,
 deprecantes pestilentiam; quoties postulamus habere anno-
 ne prouentum, deprecantes penuriam; quoties petimus ani-
 mæ tranquillitatem, deprecantes tentationem, etiā si non
 eueniat quod petimus, ne putemus non exauditas pre-
 ces nostras. Exaudiuntur si, quæ deprecamur, magis fac-

MODVS ORANDI

dunt ad supremum illum scopum, quam ea quae precamur. Frequenter etiam magis expedit nobis egere quam abundare: vexari bellis ac persecutionibus, quam frui rebus secundis, a grotare quam recte ualere: mori quam uiuere, tentari quam non impeti tentatione. Audit Paulus: Sufficiat tibi gratia mea, & gloriatur in infirmitatibus suis. Huc secuti gratias agimus, & nos deo, si quae do pro iucundis maluit nobis dare salutaria. Ceterum quisquis in hoc petit bonam ualeitudinem corporis ut amica, quam nequiter amat, placeat: aut uires, ut illud situr eum quem odit: aut longaeuitatem, ut diu fruatur hoc mundo nullam opinor portionem inueniet in precatione dominica, ad quam uotum hoc suum refert. Qui postulat ingenij uires à deo, recte facit, iuxta Iacobi monita, dicentis: Qui indiget sapientia, postulet à deo. Sed qui in hoc postulat, ut inter huius mundi rabinos magni fiat, exadit à prescripto dominicae precationis. Orat Dauid: Da mihi intellectum domine: sed quid addit, ut discas mandata tua. Iam in his quae recte petuntur à deo, non raro peccatur ordine. Peccat qui frequentius & instanter à deo petit opes, aut corporis bonam ualeitudinem, quam fidem & charitatem, aut sacrae scripturae cognitionem quarum rerum ut oportet primam esse aram, ita primam decet esse mentionem in precibus. Nunc uideamus in his apud uulgum ordinem haberi praeposterum, apud quosdam ne mentionem quaedam fieri eorum, quae uel sola fuerant postulanda, sed longius aberat à prescripto Chri-

2. Cor. 12.

Iacobi, 1.

Psal. 12.

PER ERAS. ROT.

si, qui uel impia petunt à deo, uel pernicioſa proxi-
 nis. Cum miles conductus orat, Da ut ſpoliatis tem-
 plis & innoxijs agricolis onuſtus redeam domum ſa cri-
 lega præda: cū impius medicus orat: Multos corripi at
 morbus, aut q̄ egrotant diu egrotēt, ut mihi quæſtus ſit
 haberior: cū hæres orat: Moriantur nimium uiuaces co-
 gnati, ut mihi cito obueniat hæreditas. Has præces quo-
 nam à carne, non à ſpū proficiantur, non audit ſpiri-
 tus deus: aut ſi audit, præſantium malo audit, prouocāt
 enī iram dei. Sic audiuit uota populi iſraelitæ ſlagitan-
 tis regem: quæ admodum, ut eſt in apologis. Iuppiter au-
 dit ſlagitatio i ranarum, pro trabe petentiū regem ma-
 gis impigrum, & accipere aconiam. Sed ſæclerator eſt
 illorum præcatio, qui ſtimulati liuore ſibi ipſis male præ-
 cantur, ut fratri quem oderunt ſit peius: quæ admodum
 eſt in apologis de duobus negotiatoribus, quorū alter à
 uidebat alteri, quibus cum Mercurius deferret, ut quo-
 nam cum deo cōmerciū habuiſſent, peteret alteruter
 illorū quicquid uellet, alterum qui nō petiſſet, duplū eius
 laturum quod alter optaſſet, uterq̄; de trectabat petere
 Tandem urgente Mercurio: alter petijt ut ſibi periret
 unus oculorum, ſperans futurū ut alteri periret uterq̄;
 Atq̄; hæc quædam ridentur in apologis, uerum ſerio deſlēt
 tur in uita mortaliū, atq̄; adeo, quod eſt grauius, Chriſtia-
 norū, ſi modo tales huius nominis honori digni ſunt. In
 his nō ſolum reperias, qui hac lege capiunt eē luſā, ut is
 cui male uolunt fiat cæcus, uerum etiā qui inimicā mor-

MODVS ORANDI

tem sua morte cupiunt emptam, qui invidia in famam
 sua fame exito merari properent. Quid igitur istis
 faciendum est? Monendi sunt ut multis cum lachrimis
 orent deum, ut à talibus uotis liberentur, per quae misera
 viores sunt, quàm essent his grauati malis quae alijs impre
 rantur. Miles enim qui templa, qui domos innocentium
 diripit, infelicior est sua praua cupiditate, quàm is qui spolia
 atur sua calamitate. Medicus qui mortem optat alijs, longè
 ge inferior est avaritiæ malo, quàm alij suo morbo. Inuidus
 qui male precatur proximo, multo infelicior est suo no
 to, quàm si malum hoc haberet, quod alijs imprecatur. Con
 stat igitur nihil à deo petendum, quod non referatur ad
 aliquam septem dominicæ precationis partium. Quicquid
 petimus quod spectat ad diuini nominis gloriam, ad pri
 mam particulam pertinet: Sanctificetur nomē tuū. Quic
 quid ad propagationē & consummationem euangelij,
 ad secundam refertur: Adueniat regnū tuum. Quicquid
 ad obseruationē præceptorum dei, ad tertiam pertinet,
 Fiat uoluntas tua. &c. Quicquid ad corroborationē ac
 profectionem spiritus nostri, aut etiam ad necessitatem
 huius uitæ, ad quartam refertur: Panē nostrū &c. Quic
 quid ad fraternam concordiam & pacem cum deo ser
 uandam pertinet, quarum hæc constat misericordia dei,
 quotidianis lapsibus nostris clementer ignoscentis, illa si
 cilitate cōdonandi, si quid proximus in proximum deli
 querit, ad quintam spectat: Dimitte nobis debita. &c.
 Quicquid pertinet ad impetranda præsidia coelestis græ

PER ERAS. ROT.

he, quibus munimur aduersus insultus demonum, car
 nis, mundi, ad sextā refertur. Et ne nos inducas. Quic
 quid pertinet ad finienda mala omnia, et consummatio
 nem nostræ felicitatis, quæ perfecta non contingit, nisi
 post hanc uitam, ad ultimam portionem spectat: Sed li
 beranos à malo. Restat expediendum, quod quarto
 loco polliati sumus, quo modo sit orandum. Vbi primū
 illud in quæstionem uocatum est à priscis, an fas sit alijs
 uerbis orare, quàm habet formula nobis à Christo præ
 scripta, cum satis constet nihil petendum, quod in hac
 formula nō cōtineatur. Nec difficilis ē huius quæstiōis
 solutio, cum ex euangelicis literis constet dominū ipsum
 alijs uerbis orasse, uelut Ioannis capite. 17. Pater, uenit
 hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te.
 Sicut dedisti ei potestatem oīs carnis, ut omne quod de
 disti ei, det eis uitā eternam: & cætera quæ sequuntur,
 non paucis uerbis, nihil aliud orant, nisi quod in oratio
 ne dominica paucis dicitur: Sanctificetur nomen tuum.
 Rursus in horto: Pater, si fieri potest &c. quid aliud
 orat, quàm ut fiat uolūtās patris in oībus? Quin et discipuli
 sic orant: Tu domine qui corda nosti hoīum. Rursus orāt
 alijs uerbis, cap. 4. Domine qui feasti coelū & terram,
 mare & omnia &c. Præterea cum pleriq; Psalmi ni
 hil aliud habeant quàm deprecationes, non ueretur ta
 men ecclesia per psalmos sua uota offerre domino, quod
 certe sciat quod in Psalmis quicquid habetur licet discre
 pet à uerbis, non discrepat tamen à sententijs dominicis

Actiū. 4.

MODVS ORANDI

Eccl. 36.

preactionis. Etenim si quis oret uerbis Ecclesiastica: Misere nostri deus omnium, respice nos, & ostende nobis lucem miserationum tuarum, & immitte timorem tuum super gentes, quæ nõ exquisierunt te, ut cognoscant quia non est deus nisi tu, ut enarrent magnalia tua. Alleua manum tuam super gentes alienas, ut uideant potentiam tuam. Sicut enim in conspectu illorum sanctificatus es in nobis, sic in cõspectu nostro magnificaberis in eis, ut cognoscant te sicut nos cognouimus, quia non est deus præter te domine. Innoua signa, & immuta mirabilia, glorifica manum & brachium dexterum, pluribus quidẽ uerbis, alijsq; sed tamẽ nihil aliud petierit quod tribus uerbis petebant apostoli: Sanctificetur nomen tuum. Nec aliud petierit qui dixerit uerbis psalmistæ: Omnes gentes quascunq; fecisti, ueniant & adorarent te domine, & glorificent nomen tuum. Quoniam magnus es, & faciens mirabilia. Tu es deus solus. Aut q

Psal. 85.

sic oret: Exaltare super coelos deus, et in omni terra gloria tua. Qui mystico sensu dixerit illud è psalmo uersicula

Psal. 103.

lum: Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ, diuersis quidem uerbis, sed tamen idem orarit, quod orabant apostoli, dicentes: Adueniat regnum tuum. Huc pertinet quod in Psalmis aut Prophetis dictum est, de subigendis aut proterendis hostibus genti Israeliticæ, de stabilienda & edificanda Hierosolyma, de regno Dauid & Solomonis sempiterno. Siquidẽ cõstat huiusmodi typis significari regnum euangelicum

PER ERAS. ROTE.

& ecclesiam Christi. Item qui sic orat: Gressus meos di-
 riges secundum eloquium tuum, et non dominetur in me
 omnis iniustitia. Aut sic: Deduc me domine in uia tua, et
 ingrediar in ueritate tua. Letetur cor meum ut timeat
 nomen tuum: Nihil diuersum orat ab eo: fiat uoluntas
 tua, sicut in cælo & in terra, qui sic orat: Mendacitatem
 & diuitias ne dederis mihi, sed tantum tribue uictui
 meo necessaria. Aut qui sic: Da mihi domine sedium tu-
 arum a sinistra sapientiam. Aut qui sic: Seruus tuus
 ego sum, Da mihi intellectum domine, ut discam mada-
 ta tua, non aliud petit, quam qui dicit: Panem nostrum
 quotidianum da nobis hodie. Nam ut panis nomine cõ-
 prehenditur, quicquid ad huius uitæ corporalem necessi-
 tatem pertinet: ita quicquid animum corroborat, panis
 est, sed præcipue sermo domini. Qui sic orat: Memen-
 to domine David, & omnis mansuetudinis eius: et, Do-
 mine si feci istud, si est iniquitas in manibus meis: Si red-
 didi retribuentibus mihi mala, consentit cum eo quod
 dicitur: Et dimitte nobis debita nostra. Rursus qui sic
 orat: Ne tradas bestiis animas confitentes tibi. Aut: Ne
 tradideris me in animas tribulantium me, quoniam in-
 surrexerunt in me. Aut: Eripe me domine ab homine
 malo. Et, Ne tradas me domine à desiderio meo peccati-
 tori, cogitauerunt contra me, ne derelinquas
 sic: Domine pater & deus uitæ meæ, ne derelinquas
 me in cogitatu maligno & consilio eorum, nec sinas ca-
 dere in illa exprobratione. Extollentiam oculorum ne

Psal. 118.

Psal. 85.

Prouer. 30.

Sapient. 9.

Psal. 142.

Psal. 131.

Psal. 76.

Psal. 71.

Psal. 26.

Psal. 119.

Ecc. 12.

MODVS ORANDI

Psal. 141.

dederis mihi, et omne desiderium prauum auerte à me
 Aufer à me uentris concupiscentiam, & concubitus concu-
 pifcentiæ ne apprehendant me, & anime irruerent
 & infrunite ne tradas me: quid aliud petit, quàm is qui
 dicit: Ne nos inducas in tentationem. Item qui sic orat:
 Libera me domine à persequentibus me, quia confortati
 sunt super me, Educ de custodia animam meam ad con-
 fitendum nomini tuo. Me expectant iusti donec retribu-
 as mihi: uerbis dissonat, re consentit cum eo qui dicit:

Psal. 26.

Sed libera nos à malo. Ita si quis percurrat per uniuersa
 fam scripturam sacram, quæ passim habet uarias pre-
 cationum formas, nihil cõperiet quod non ad aliquam
 preationis dominicæ particulã pertineat. Summa uero
 omnium quæ petuntur ad eundẽ scopum spectant oportet,
 de quo meminit psalmus: Vnicam petij à domino,
 hanc requirã, ut inhabitem in domo domini omnibus
 diebus uitæ meæ. Itaq; inter innumeras precandi for-
 mas, prima semper fuit apud Christianos autoritas ei-
 quam præscripsit ipse dominus, atq; hæc uelut omnium
 sacratissima præcipue leguntur usi apostoli, & horum
 successores in consecratione corporis & sanguinis do-
 minici, quæ quoniam conuenit omni argumento, uix fra-
 eri potest ut quisquam ea intempestiue utatur, nisi cum
 idiotæ per orationem dominicam sanctos appellant,
 ueluti cum negotiator soluturus, sancto Christophoro
 merces suas committit, & occurrat illi ter preationem
 dominicam, non sine salutatione uirginis matris. Rideo

PER ERAS. ROTE.

batur nobis olim quidam Louanij, uir simplex potius
 quam impius, qui solitus est per actis sacris obambulare
 per singulas aras, & diuos ac diuas aliquot, erga quos
 peculiararem gerebat affectum precatone dominica sa-
 lutar: eo peracto flexis aliquantulum genibus edebat
 nomen diui aut diuæ, in cuius gratiam orauerat dicens:
 Hoc tuum est sancta Barbara, hoc tibi habe sancte Ro-
 che, ne quis diuorum qui in eadem ara stabant præripe-
 ret sibi, quod alteri fuerat destinatum, atq; inter sanctos
 nasceretur contentio. Horum simplicitas admonenda
 est ut si quod orando dicant, non habent, saltem illud di-
 cant: Sancte Petre ora pro me, sancta Barbara ora pro
 me. Alioqui quid absurdius quam uirgini dicere, pater
 noster q; es in coelis: aut sancto christophoro: Aue Ma-
 ria gratia plena: aut sancto Georgio, dimitte nobis de-
 bita nostra: Poterunt & illud doceri, ut in precibus me-
 uirgini matri dicam: Impetra mihi à filio tuo castitatis
 ac modestiæ donum. Paulo dicam: Euangelij fortissi-
 me præco commenda me Christo, ut illius adiutus gra-
 tia prestare queam, quod ille nos per te docuit. Marti-
 ano dicam: A diuua me tuis precibus, ut in tolerandis in-
 iurijs tuæ lenitatis imitator esse possim. Atque item de
 ceteris, sic enim fiet, ut minus absurda sit idiotarū præ-
 catio, simulq; commonescent quid in quoque sit initan-
 dum. Verum, ut quod cœperamus persequamur, si re-
 atendum erit à uerbis dominicæ precatonis, proxi-

MODVS ORANDI

inueniuntur uerbis ex sacra scriptura decriptis, utcum
 queres ac praesens necessitas postulauerit. Huiusmodi
 plurimas formulas suppeditabit liber psalmarum, quorum
 aliquot nobis indicauit Athanasius. Quamquam & ex
 caeteris interim uoluminibus poterit, sibi quisq; formula
 aliquot parare. Neq; quicquam uetuerit eandem prea-
 cationem uarijs ex locis uelut opere Mosaico contexe-
 re. Quod genus, si quis petat auxilium à deo, ut uitare
 possit obreccationis aut turpiloquij uitium, dicat ex psal-
 mo centesimo decimo nono. Domine libera animam me-
 am à labijs iniquis, & à lingua dolosa. Rursus ex proa-
 uerbis. ca. quarto, Remoue à me os prauum, & detra-
 hētia labia sint procul à me. Et pone custodia ori meo.
 Item ex Paulo: Sit sermo meus semper in gratia sale co-
 ditus ut scā quomō oporteat unicuiq; respondere. Sit
 unum hoc exempli gratia productū cū alioqui formulae
 la sint innumerae. Neq; quaequam hic uetuerit modica
 deflexione sermonem ad id quod agimus accommoda-
 re, uelut cum ex praepito, aut narratione, seu promissio-
 ne faciāmus deprecationem. Huius rei hoc exemplum
 est: Praepit Solomon. Omni custodia serua cor tuum,
 quoniam ex ipso uita proædit. Hoc sic in precationem
 deflexeris: Da domine ut te custodiēte omni custodia
 seruem cor meum ut ex ipso proædat uita aeterna. Nar-
 ratur 4. Regum quarto, Ezechias sic orasse Obsecro do-
 mine, memento queso quomodo ambulauim coram te
 in ueritate & corde perfecto, & quod placitum est ca-

Col. 4.

Pro. 4.

PER ERAS. ROT.

nam te fecerim. Ex hac forma cuius rex aut episcopus
 facere poterit: Obsecro domine, da ut ambulem co-
 ram te in ueritate & in corde perfecto, ut quod placu-
 tum est coram te, faciam. Promissio est: Si quis diligit me,
 sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad-
 ueniet ad mansiorem apud eum faciemus. Hinc sic au-
 ditur precatio: Imparti mihi domine Iesu spiritum tuum
 ut diligam te, ac seruem sermones tuos, ut merear
 & a patre tuo diligi, dignusque censeri ad quem pari-
 ter ueniamus in eternam mansuri. Iam in deprecandis ma-
 lis eadem ratio est contrariorum: hoc est uetitorum, que
 preceptorum: narrata rei male, que bone, & minarum
 que promissionum. Non solum autem tutissimum est ue-
 rumetiam ad impetrandum quod optas efficacius, a uer-
 bis ac sententijs diuinitus afflate scripture non recede-
 re. Inest enim & ipsis uerbis *εὐεργετικὰ* quedam peculia-
 ris, & deus sua uerba libentius agnoscat. Tertium auto-
 ritatis locum obtinebunt à ueteribus nobis tradite pre-
 ceptum male, quas collectas uocant, quibus olim solenni-
 ter ecclesia consuevit uti in cultu diuino, atque etiam in sa-
 crificijs ante consecrationem, & post consecrationem
 corporis domini. Sunt enim & in his que respiciunt
 apostolicum ac synaxarum spiritum, & plerumque commo-
 da breuitate pariterque perspicuitate iententiam absoluunt,
 sicut periodus constat fere duobus membris, quorum
 utrumque potest in duo commata diuidi, et inter duo me-
 bra intercedat comma siue membrum solitarium. De quo

MODVS ORANDI

de succedat coronis, que totidem ferè partibus con-
 stat, per dominum nostrum Iesum Christum. Etiam si cõ-
 matũ & colorũ nec ratio, nec numerus sic habeat ppea-
 tuo, quẽ admodũ dixi, nusq̃ tamẽ nõ habent suas perio-
 dos modulatas. Si quis requirat exẽplũ dabo: Deus au-
 ius prouidentia, cõma est: in sua dispositione nõ fallitur.
 alterũ cõma est absoluens mẽbrum prius: Te supplices
 exoramus, tertium cõma est, solitariũ, ac dirimens, duo
 mẽbra, ut noxia cuncta submoueas, cõma est prius secũ-
 di mẽbri, et oĩa nobis profutura cõcedas, cõma est absol-
 uens mẽbrum. Deinde sequitur ferè totidẽ uerbis, de me-
 ris coronis, per dominũ nostrum, Sunt que duobus mẽ-
 bris constat, sed que possis i quatuor cõmata diducere,
 præcedente cõmate solitario, uelut hic: Da nobis domi-
 ne que sumus, ut & mundi cursus pascia nobis tuo ora-
 dini dirigatur, & ecclesia tua tranquilla deuotione le-
 tetur. Sunt que pluribus cõmatis cõstant, sunt que pau-
 cioribus, unde hæc superstiosius pseq̃ non est huius in-
 stituti. Ex harũ igitur precepcionum acruo poterit sibi
 quisq̃ deligere certas ad plerasq̃; precandi occasiones,
 formas uelut ad implorandũ auxilium aduersus tenta-
 tionẽ, ad impetrandã admissi sceleris ueniã, ad impetra-
 dum charitatis & fidei augmentum, pro pacẽ publica,
 pro pfectu euangeliũ. Has sacerdos olim sic pronuntiã-
 bat, ut totus populus & audiret et intelligeret, eoq̃; ue-
 luti pariter cum illo oraret, trãtis dũtaxat affectibus:
 demum uoce clara ac cineret, Amen. Id tũ commode sic

PER ERAS. ROT.

bat, quoniam sacerdos ea lingua sacrificabat, quae populo erat communis. Nunclinguis nouatis, ritus tamē uetus manet. Nec satis adhuc constat, utrū magis expediat relinquere, an nouare, quod iā inueterauit. Sdo hāc esse multitudinis imperitiae naturam, ut magis reuerentur, qđ non intelligit. Sed interim minus utilitatis redit ad populum, ad quem sola uox antistitis peruenit. Ego nouandae consuetudinis autor esse nolim. Huic tamē in commodo hoc inueniri remedium poterit, ut singulorum dierum collectas populus uulgari lingua scriptas priuatim apud se legat. Idem fieri poterit in epostolis ac euangelijs, praecatione q; dominica. Ostendi tres orandi formulas, quanquam nihil etiam uetat hominem suos affectus quibus a nōq; uerbis aperire deo, praesertim tum orat solus, modo petat in nomine Iesu, & ea postulet, quae non pugnant cum scopo salutis aeternae, nec abhorrent ab his quae nobis praescripsit dominus in sua formula. Ethnicis tutum non erat Iouem alijs ritibus ac uerbis euocasse quam oportuit: nec tuto uerba faciat apud regem, aut apud Iudicem, qui solennes dicendi formulas ignorat: deus cum sit omnium maximus, tamen nihil habet huiusmodi morositatis, omni ab omni conculit, ne solae asinis quidē offenditur, modo mens sit synara. Habent rhetores partes generis, quod petitorium uocant. Est autem hāc species suauis. Huius rationum alias indicauimus, ut hic repetere non solum superfluum sit, uerum etiam ineptum in re sacra. Nos, inquit

MODVS ORANDI

Paulus, quid, quē admodū oporteat orare nescimus, sed
 spiritus orat pro nobis. Proinde q̄ sp̄m̄ habent Christi
 his ipsis sp̄s̄ ultro suggerit, & quid orare debeant &
 quomodo. Nihil t̄n̄ prohibet rationē aliquā orād̄ con-
 monstrare, nō tā petītā ex rhetorū præceptis, q̄ ex sa-
 crorū uoluminū exemplis, in quibus aī aduertere licet lau-
 dē, aut conquestionē, quæ p̄tinent ad cōaliandū fauorē
 pro cœmij loco, nō nunq̄ & gratiarū actionē, quæ ostendit
 dimus esse laudis genus. Adhibētur et ea quæ reddunt
 auditorē attentū: præterea et narratio, quæ plerūq̄ cō-
 questionē habet admixtā, et amplificationē, & quæ
 ex quæ rē subiicit oculis. Videas illic & argumentati-
 onē et ex postulationē. Breuiter quicquid adhibetur apud
 præpotentē hoīem unde cupias aliqd̄ ipetrare. Laus ē
 nō nunq̄ in sola appellatiōe honorifica, quā ipsam oportet
 esse accommodā rei, uelut orans p̄ mēbris, quæ ad
 huc piclitantur in terris, dicitis: Pater noster qui es in cœlis:
 Et in actis: κ̄/ε/ρ̄/ε̄ κ̄/α/ρ̄/δ̄/ι/ο̄ γ̄/ω̄σ̄/ᾱ τ̄/ο̄/ῡ/τ̄/ο̄/ῡ, cum
 ipsi ignari qualis intus esset hō, petūt ut delingat quē ma-
 gis idoneū iudicasset. Et sapiētā à deo petiturus, recte
 præfabitur: Aeterni patris æterna sapientia Iesu Chris-
 ste. Nec aptitudinis ratio tantū habenda est in appella-
 do, uerū etiā in tota prece. Quāq̄ enī non ita ma-
 gni refert, qd̄ à qua persona petas, tamē auxiliū aduer-
 sus hostes ac demones, aptius petas ab oīpotente patre:
 ut recōaliet nobis patrē accommodatius petueris à filio
 ut augeatur in nobis diuina gratia, cōgruentius postula-

Actū. I.

PER ERAS. ROTE.

laris à spū sancto. Cōquestionis exēpla qnōiā passi in
 sacris lris sunt obuia, nō est necesse repetere. Querimo Iere. 20.
 nie nō nunq̄ additur uelut ex postulatio, sic Ieremias: Se
 duxisti me domine et seductus sum, fortior me fuisti et in Iere. 17.
 ualuisi. Aliubi idē facit blandities, sic Ieremias: Ne sis
 mihi tu formidini, spes mea tu ī die afflictiois. Et ī psal.
 Spes mea ab huberibus matris meae. Et: Dñe spes mea Psal. 70.
 à iuuentute mea. Gratiarū actio pauperū petax est. Etc Psal. 21.
 nim q̄ grās agit pr̄ diuiti p̄ beneficijs pr̄teritis, tāte
 petit nouū beneficiū. Et dignos eos iudicamus acce-
 pti beneficij, qui agnoscaunt ac meminerunt. Attētio pa-
 ratur partim flagitādo, ut: Exaudi domine orationem Psal. 101.
 meam, et clamor meus ad te pueniat. Et: Intret in con-
 spectu tuo orō mea: inclina aurē tuā ad precē meā. Par
 tim si ostendamus nostrū malum ad ipsius iniuriā perti- Psal. 17.
 nere, ita Psal. 113. Non nobis domine nō nobis, sed nomi-
 ni tuo da gl̄iam. Super misericordia tua et ueritate tua,
 ne quando dicant gentes, ubi est deus eorū? Itē psal. 78.
 Ne memineris iniquitatū nostrarū antiquarū, aīto anti-
 pent nos misericordiae tuae, q̄a pauperes facti sumus ni-
 mis. A diuua nos deus salutaris noster, et propter gloriā
 nominis tui domine libera nos, Et ppitius esto peccatis
 nostris ppter nomen tuū, ne forte dicāt in gentibus, ubi
 est deus eorum? Sed hāc pars magis conuenit argumen-
 tationi, de qua mox dicemus. Ceterū hic plurimū habet
 momenti cū declaramus nobis nihil esse praesidij in no-
 stris meritis ac uiribus: nec in alio spē esse nobis, sed to

MODVS ORANDI

tos nos pendere ab ipsius ope, cuius mīa seruantur unia
 uersi. Narratio est Act. 4. Conuenerunt enim uere ad
 uersus puerū tuū Iesum ī auitate ista etc. In argumēta
 tiōe potissimū tractātur hęc partes. q̄a potest, quia uult,
 q̄a solet, quia debet. A facultate sic. Deus omnipotens, q̄
 solo uult potes q̄cquid uis, q̄a uult, nimirū ipsa bonitas
 ac mīa, quia solet, uel cōmemoratis aliorū exemplis, uel
 his beneficijs, quę in nos ipsos iā saepe cōtulit. Cōuenit
 aut ut sui filis sit, q̄ sp̄ benefeāt. Debet autē, nō q̄a nos
 p̄meremur, sed q̄a ille p̄misit. Nā, Memento dñe Da
 uid, et oīs mansuetudinis eius: Exaudi domine iustitiam
 meā, et huiusmodi psalmi magis opinor quadrāt in p̄so
 nā Christi q̄ hoīs. Nimirū hęc est illa ueritas q̄ in diuini
 literis frequēter cōiungitur mīa, uelut psal. 88. Mife
 ricordia et ueritas p̄cedēt faciē tuā. Misericordia di
 citur, quia nō p̄meremur q̄d petimus: ueritas, q̄a quō
 dāmodo ille debet ex p̄misso. Promisit p̄ p̄phetā obliu
 ionē oīm cōmissorū: Quacūq; hora peccator respiscēs
 ingenuerit, promisit p̄ filiū uitā aeternā, q̄ crediderint
 euangelio, unde quodāmodo exigitur à deo q̄d polliā
 tus est. Cōmemoratur in petitiōe iuxta rhetorū p̄cē
 p̄ta polliātatio. Et hęc inuenitur in sacris precibus. Sic
 David: Docebo iniquos uias tuas, et impij ad te cōuertē
 tur, et: Os meū annūciabit laudē tuā. Tunc acceptabis sa
 crificiū iustitię, oblatiōes et holocausta. Nihil aliud hō
 pōt polliari deo, nec ille aliud expectat p̄ueniū. Quic
 q̄ autē horū fit in orādo, ad nos p̄tinet nō ad deū. Nec

Psal. 50.

PER ERAS. ROTE.

enim deus delinuntur audiendo laudes suas, quæ admodum ho-
 mines, sed nos laudantes illum magis ac magis disamus, ac
 suspicamus illius magnitudinem. Commemoratis autem et exag-
 grandis malis nostris non hoc agitur, ut in diuersum muta-
 tus oratione nostra ex irato fiat propitius, sed ut ipsi dum me-
 lius magnitudinem nostre calamitatis agnoscimus, uehe-
 mentius expectamus illius misericordiam. Itidem cum ea di-
 cuntur que pariunt attentionem, non huc proficitur, ut deus an-
 te dormitans exaltetur, cum illum nihil fugiat eorum que la-
 tent in cordibus hominum, sed ut nos instantius ac uehemen-
 tius expectamus, quod non premeretur accipere, nisi qui ue-
 hementer ambierint. Similiter et inuicantes quod in alio
 nullo fiducia habeamus quam in ipsius promissis ac miseri-
 cordia, disamus cui debeamus acceptum ferre quicquid
 habemus boni. Dum pollicemur nos illius erga nos bene-
 ficentiam predicaturus, admonemur ne nobis ascriben-
 tes quod adepti sumus, reperiamur indigni dei gratia, sed
 ad illius gloriam referamus omnia. Dum promissorum fidem ab
 illo requirimus, huc proficitur ut certa cum fiducia prece-
 mur, non meritorum nostrorum, sed illius qui neminem sibi fia-
 dentem destituit. Dum arguemur et ad ipsius nominis glo-
 riam pertinere, ut nos licet alioqui indignos exaudiat, hoc
 disamus, ut in bonis et in malis nostris non alio specte-
 mus quam ad gloriam eius. Nec alio pertinent obsecrationes et
 obsecrationes per filium eius, per ipsius erga nos charitatem
 ineffabilem, per mortem, per resurrectionem, per omnia que
 nostra causa uel fecit uel passus est, nisi ut penitus in tela

MODVS ORANDI

ligamus, à quo et per quem nobis proficiatur quicquid
 pertinet ad salutē aeternā. Hæc oīa melius tractabit, qui
 fuerit ī diuinis literis exerātatus. Iam illd̄ queri solet,
 utrum exigatur oris ac uocis deprecatio an sufficiat tan-
 tatus animi petentis affectus. Equidē arbitror hoc esse
 liberum in priuatis deprecationibus, utrum malis sua
 mul̄ & labijs sonare qđ aīo flagitas, an tantis uotis dīe
 taxat solitariē dei clementiā, quæ nihil moratur uocis
 nostras. Ac sepe numero plus impetrant tantū suspiria
 lachrymēq; quā magni clamores. Alioqui quæadmodū
 in ieiunio nō solū abduāmus animum ab omnibus mūdi
 delectamentis, uerū etiam corpus inedia castigamus, ut
 totus hō deo seruiat, qui totus fruiturus est immortalitatis
 premio: ita conuenit, ut in sacrificiō precatōnis &
 spū psallamus & mente: id uero potissimū conduat his
 qui nōdum exerātati sunt ad orandū, Nā hi cantandis
 sacris precibus, ueluti discunt orare, et ex ipsa uocis agi-
 tatione nascatur nōnunq̄ affectus animi. In hoc enim sūt
 utiles ceremoniæ, ut per uisibilia ad inuisibilia proficiā-
 mus. Quæadmodum pueri prius docentur legere q̄ina-
 telligere possint qđ legunt. Eodē cōducūt et loa nitor,
 ac religio et sacra uestis, et corporis habitus, siue p̄cū-
 bēntis in terrā, siue flexis genibus demittentis sese, siue
 sublatis manibus suspiāentis in coelū. Nam hæc oīa non
 nunq̄ adiuuāt deprecationē nostrā, etiā si quocunq; loa
 co, quocunq; gestu susam deprecationē audit deus, siue
 id in lecto faciās cubans, siue in balneo lauans, siue in offi-

PER ERAS. ROT.

ina laborans. In solennibus tamen precationibus nō oportet negligere corporales ceremonias ppter infirmos, quibus istiusmodi conducunt: sed his ceremonijs utendū est, quæ puocant et alios ad orandū. Nec enim deest ut militari boatu uocis, aut lasāua modulatiōe flagites dei misericordiā, nec cōuenit ut uox sonet: Miserere mei deus scdm magnā misericordiā tuā, et uultu oculisq; lasāuētes liceatur puellas: Optādū at eēt, ut totus cultus diuinus, q̄ tribus potissimū constat, hymnis, doctrina, et precatione, lingua toti populo nota perageretur, quē admodum olim fieri consueuit, oīaq; sic explanate distincte q; sonarentur, ut ab attentis possent intelligi. Vcrū multa sunt in uita mortalium, quæ magis optare liceat q̄ sperare. Optādū et illd, ut cultus qui publicatus peragitur in tēplis locisq; sacris, neq; nimū plixius eēt, qd̄ nihil sit peius quā rerū optimarū satietas, et apd̄ oēs gentes Christiani noīs idē esset. Nunc quāta in singulis pene ecclesijs diuersitas, imō quantū fuit studiū quibusdā ne qd̄ cū alijs conueniret? Quā prolixis canticis ac precibus oneratur manachi quidam, à quibus ingenti tēdio utiūq; per solutis quāto cū gaudio discedunt. Atq; si laudatur conuiuia lauta magis quā prolixa, unde cū orexi surgitur, quāto magis oportet diuini cultus cū esse modicū, ut atra tēdiū cum alacritate peragatur, et ad interpretatissimum magna cum auuiditate redeatur. Certe priuatas preces fas sit suo quēq; aīo metiri, et orōnis modū uel p̄ uētis affectu, qui nō semper æque feruidus est, uel p̄ us

MODVS ORANDI

gotiorū necessitate temperare. Nā in precibus, q̄ sit à multis
 fiunt, et quas oportet simul à multis et ināpi et finire,
 ne qd oriatur tumultus in ecclesia, talem oportet esse
 mediocritatē, ut et feruidis ac otiosis utcunq; fiat satis,
 nec tepidi et occupati tædio eneantur. Vbi quis secum
 orat, aut cum unanimi quopiam amicalo, nihil uetuerit,
 si quando inter orandum insignis aliquis affectus cor
 ripuerit animum, in eo loco commorari, donec perse
 uerabit animi libido, aut sancta confabulatione preces
 interrumpere. Cæterum occupatis cōgruum ille breui
 ssime qdem, sed subinde uelut eiaculatæ precatūale, q̄
 solēt olim monachis apd Aegyptios opus manuū inter
 rumpere, uel ipsum potius opus condire. Vix enim fieri
 potest, ut humanæ mētis intentio diu perseueret ī codē
 habitu, sed protinus aut tepesāt mora, aut alijs cogita
 tionibus intercurrentibus interrūpitur. Respōdet aliquis
 ἄλλο βίον, ἄλλο σῆμα. Olim monachi serē laici
 di erant et operis manuarijs exercebantur, num sacer
 dotibus non idē conuenit; Atqui Paulus apostolus nō iu
 dicauit sibi indecorum consuere pelles. Si in perferen
 do longiorum precum tædio laus est uel obedientie uel
 patientie Christiane, quæro quā laudē essent habituri.
 si iussu abbatis certis horis id facere cogrentur, qd as
 pud inferos facere dicitur Sisyphus? Atqui congruentia
 us arbitror ad id abuti saxo, q̄ sacris hymnis ac preca
 bus. Optandū et illud, nihil in his admisceri, qd ē diu
 nis libris depromptū non sit, aut certe ab his uiris profē

PER ERAS. ROT.

etum, quorū munimēta spirant Christū. Quo magis o-
 portet omnē abesse lasciuā, quæstum, adulationē, cæte-
 rosq; affectus indignos cultu sacro. Cū Christianus ad-
 ornat bellum in Christianū, indecore sacrificus prece-
 tur suis gloriose uictoriā, hostibus exitiū, cū utraq; pars
 nonnumq; deo displiceat in precibus, quas ex institutiōe
 Pauli, pro regibus & in dignitate constitutis fundit sa-
 crificas. Christianius esset optare prināpi bonā ac deo
 dignā mentem, sapientiā, pietatē, quā triūphos, uictori-
 as & glorias, parumq; decore ad sacrā mēsam, cū pro
 prināpe supplicatur, audiuntur illi gloriosi tituli: uicto-
 riosissimo, inuictissimo, & triūphantissimo. Magis etiā
 indecorum est, qđ quidā inter sacrificandū adorant eū,
 in cuius gratiam sacrificant conducti, nō sine spe ac ser-
 uilis & abiectæ adulationis. Deniq; tæet si probandum
 est, qđ pro suo quisq; prināpe orat, tamē cōueniret, ut
 in publicis precibus nō unius aut illius, sed oīm prināpiū
 Christianorum generalis fieret mentio. Quinetiā Tur-
 as, ut si qui sunt hostes Christiani noīs, magis conueni-
 at precari misericordiā domini, qđ exitiū. Verū hæc obi-
 ter admonere uisum est, nūc ad id qđ agebamus, reuer-
 timur. Itaq; genus hoc orandi breue cōgruit his quoq;
 qui in publicis functionibus uersantur: licet enī regibus
 in conalū euntibus sic orare taate: Deus sine cuius spi-
 ritu nihil recte geritur, digneris huic interesse condio-
 ne quid statuatur, qđ tuā offendat maiestātē: licet iudic-
 ā pro tribunali sedenti, sic precari taate: Adsit domi-

MODVS ORANDI

*ne tua moderatrix oim sapientia, ne qd me iudicæ patide
 tur innocēs, qd nō meretur, neue aiq̄ fiat iniuria. Licet
 et legato inter equitandū sic precari: Dirige domine de
 us meus in conspectu tuo uia meā: aut si qd aliud sugge
 rat pius affectus. Iā uideo persuasum monarchis q̄bus
 dā, et exemplū, ut fit indies ad plures dimanat, ut singu
 lis diebus psoluant pensum earū precū, quas clericorū
 ordo solēniter in tēplis pagit statis horis, unde et hora
 rias uulgo dicūt. Eam primāpū religionē nequaq̄ dāna
 nauerim, modo ne putent sese rē magnā præstitisse, cū
 hoc pensum persoluerint, præsertim si quod ore sonant
 nō intelligāt, qd multis accidere uerisimile est, certe iua
 xta sensum mysticū, neue credāt magnū qdā esse uerū
 ba illatantū psonuisse. Si quid ocij supest primāpibus
 à negotijs neccessarijs, id malim impēdi pdiscendis præ
 ceptis diuinis, aut parabolis Solomonis, aut apophthe
 gmatis laudatorū primāpum, quorū magnā uim colle
 git Plutarchus, aut his libris, quos hoies eruditi de rep.
 priuataq̄ administrāda reliquerunt. Quod genus sunt
 Aristotelis politica, Economica, et Ethica, Officia Ci
 uironis, Platonis dialogi de legibus ac republica, Iso
 cratis de regno, et Xenophontis Cyropedia, et Eco
 nomica. Eodē nō nihil cōducēt et nostra, quæ scripsimus
 de primāpe Christiano, de bello, de reditu Philippi prin
 āpis ex Hispanijs. Satis orauit primāps si curauit ut in
 tegris et incorruptis uiris cōmitteretur magistratus,
 si sua prudentia bellū exclusit, si uim potentam depulit*

PER ERAS. ROTE.

*à ceruiabus imbecillium, si q̄ minimo sanguinis humani
 dispendio, conatus facinorosorū coeruit, si sanctis legi-
 bus ac moribus publicā disciplinā stabiliiuit. Nā his ne-
 glectis tēpus dicendis preculis absumere, non solū reli-
 gio nō est, sed est etiā piaculum & hypocrisis. Subleuā-
 dus est populus à prædonibus oppressus, et diatur quæ
 relā deferentibus ac prināpis opem implorātibus: Abi-
 te, prinæps orat. Diatur interpellatriā uiduæ aut pu-
 llo: Nō est oāū, prinæps orat. Et tamen si qua pucl-
 la, si quis morio, si quis qui canē bellum adducat, petat
 aditum, fortasse nō auditurus sit, prinæps orat. Ipse do-
 minus Iesus, regum oim rex ac prināpū prinæps, quā-
 do legitur submonuisse despicabile illā & calamitosam
 hoim turbamē: Quando iussit illis responderi, abite, do-
 minus coenat? Se cœdebat ad orandum, sed in desertū, &
 rursus occurrit affluentī turbæ. Quæ frōs igitur istis qui
 interpellantibus nō uerentur respondere: Prinæps lu-
 dit aleamē: Episcoporū noīc tolerabilius responderetur,
 presid orat, nisi quidam sese tā non excusarent hoc titu-
 lo uocantibus ad longe profaniora. Opinor sanctū Gre-
 gorium, priuatas suas præces ad similes interpellationes
 fuisse relicturū. Adrianus Cæsar inter multa magnaq̄
 uita, nōnullas uirtutes habuisse legitur, hunc cum per-
 uia euntē, mulier quædā appellasset, audiri cupiens, ille
 quoniā aliō properabat, respondit nō est oāū. Tū illa:
 Noli igitur, inqt, imperare. Id liberius à muliercula di-
 cum, tantus monarcha autiliter tulit, restitit & audiuit*

MODVS ORANDI

causam. Ita magis conueniebat ut ad preces illas uocantē
 sacerdoti dicatur, non est otium, q̄ calamitosis & inno-
 centibus afflictis. Ad hæc enī quoniā propria regū suū
 otio est, turpe est non esse otium, cum sit otium prolixis
 precibus, uenationibus, lusibus, saltationibus, morioni-
 bus & aleæ, ne qd cōmemorē his etiā sceleratius. Igitur
 ad orandū ex cōtatis argumenta copiosissime suppedia-
 tabit sacra lectio: deinde uita ipsa malis bonisq; sic uia-
 rians, ut tristiū maior sit copia: Si qd imminet aut pres-
 mit triste, orandum est. Si qd accidit feliāter, actis grā-
 tiji orandū, ut deus quod dedit uelit esse perpetuū: si qd
 cōmissum est, oranda uenia: si qd cū uirtute gestum, ro-
 gandus deus, ut sua dona augere dignetur in nobis. Si
 quē uideris hoīem egregijs uirtutibus præditum, & ob
 id putilē reipub. ora deum ut multos tales uelit esse: si
 quē insigniter improbum ac pestilentē, precare illi men-
 tem meliōrē, simulq; ut seruet te deus, ne talis euadas: si
 contigit magistratus, pete sapientiæ donū ut possis rea-
 cte gerere: si ademptus es, ora ut succedat te uir melior.
 Si affluxit rerum copia, roga ut qd dedit facultatē, idem
 det aīn bene uiuendi. Quin ille ipse auiles precatum
 absunt ab orando, ueluti cū dicimus ingrediētī iter: Bo-
 nus angelus te deducat & reducat incolumem: marito,
 precor ut uxor tua feliāter pariat: nouo magistrati,
 precor ut honor quē aſceutus es, sit & tibi & reipub.
 felix: pro episcopo, Christus optimus maximus, diu te

PER ERAS. ROTE.

seruet incolumē ecclesie suae. Cetera eque huius generis in
 numero. Hæc mihi serè succurrebant, quæ scriberem de
 orando uir clarissime, sed idē optime: alioqui uideri po-
 terat alienius ad hoīem aulæ regie procrem de orādo
 scribere. Si Petrus apostolus omnes Christianos regale *1. Pet. 2.*
 sacerdotium appellat, & si peculiare sacrificium Chri-
 stianorum, ut diximus, est orare, nemini scribi potest
 inepte de orando, nisi qui Christianus non est. Imò haud
 scio an ullis frequentius & ardentius orandum, quam
 magnatibus, qui quo grauiori negotiorū mole premun-
 tur, hoc magis egēt diuino presidio Moses sacerdos nō
 erat, sed dux populi, & tamen quoties orasse pro popu-
 lo legitur: Dauid rex erat non sacerdos, & tamen plu-
 rimus est in orando. Solo non rex erat, & tamen in de- *1. Regum. 8.*
 dicatione templi uelut sacerdos orat pro tota multitu-
 dine. Ne sit regis orare p̄ populo, cuius nō est bene uel
 le populo: nec pro se laboreat orare princeps, cui non est
 opus ope supremi numinis. Oībus dictū est & summati
 bus & infimatibus illud Iacobi. Orate p̄ uobis inuicē,
 ut salui fiatis. Paulus apostolus in quotidianis precibus *Cap. 5.*
 suis mentionē facit apud deū eorū quos initiauerat euā-
 gelio, sed uicissim illos rogat ut orent pro ipso. Ne ro-
 get pro se, qui neq; desiderio boni cuiusquam, neq; mali
 metu teatur. Ne roget pro alio, qui nulli bene uult, pre-
 terq̄ uni sibi. In summa, ne curet hoc sacrificium offer-
 re deo suo, qui à sacerdotio Christiano se credit alienū.
 Nec infirmamur tamen antisitum peculiare munus esse

MODVS ORANDI

Iacob. 5.

ut orent pro populo, quem regendum susceperunt, nec pro uiuis tantum uota faciunt, uerum etiam pro mortuis. Iacobus ordinauit, ut ad egrotum accersantur ecclesie presbyteri, qui deum orent pro illius salute, unguantque oleo in nomine domini. Et oratio, inquit, fidei saluabit infirmum, & alleuabit eum dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei. Iubetur Abimelech implorare deprecationem Abraham, quod esset propheta, Sic enim legis Geneseos cap. uicesimo. Nunc ergo redde uisus uam uxorem, & orabit pro te, quia propheta est, & uiues. Norunt quia consuerunt Prophetae colloqui cum Deo. Nam cum his colloquitur dominus. Verum quemadmodum post effusum in omnes spiritum sanctum, omnes Christiani quodammodo sacerdotes sunt, ita sunt & Prophetae. Per Christum enim omnes accessum habent ad thronum glorie illius. Nec interim tamen confundendus est ordo in ecclesijs laudabiliter institutus, et a maioribus nobis per manus traditus. Sacerdos astant mensae dominicae, cum autoritate deprecatur pro multitudine: Idem consensu suggesto, dum enarrat scripturas sacras, cum autoritate prophetam agit, auscultante cum silentio populo. Neque fas sit cuius hoc munus sibi sumere. Vbi enim non est ordo, ibi confusio est. Vbi confusio, ibi tranquillitas esse non potest. At pax in primis deest ecclesiam dei, qui non dedignatur interesse cœtui, in suo nomine congregato. Orat igitur antistes pro fratribus suis ex officio delegato, orat uicissim populus pro suo

PER ERAS. ROT.

antistite ex fraterna charitate. Prophetam agit Antistes ex ordinatione, neq; tamē fas nō est cuius, cū opus est, docere proximū suum, si quid a se autus est eruditio- nis sanctæ. Christiana charitas, sic vidissim communi- cat officia sua, ut non luxetur ordo membrorum corpo- ris. Rogarit aliquis, quibus temporibus potissimum orā- dum censeam. Video literas sacras hæc tria ferē coniun- gere, vigiliam, sobrietatem & precas, quod luxus & so- mnus degrauent animum cupientem cum deo colloqui itaq; mox à primo somno cōsuescēdū est uel i lecto bre- uiprecationula cōpellare dominum. Rursus idē mane faciendū, priusquā à cubiculo te conferas ad p̄fana minis- teria. Postremo sub quietē nocturnā. Neq; cōtēnendū est quorundā exēplum q̄ posteaquā reliquerunt cubile, priusq̄ abū capiant, aut aliquid uulgariū negotiorū at- tingāt, si detur commoditas, curāt adesse sacro, si modo hic absit omnis superstio. Sunt enim permulti qui cre- dunt quicquid egerint, cessurum ex animi sententia, si species panis & calicē aspexerint, & interim hoc agit pirata laxaturus ancoram, hoc agit Caricus miles ad- ornans depredationem innocentium; hoc agit iniquus negotiator, undecunq; lucrum captaturus, Neq; negli- gendus est mos laudatissimus, quo pleriq; conuiuium à precibus auspiciantur, & actione gratiarum conclu- dunt. Has tamen uelim ē sacris literis depromi, & ma- gis congruentes adhiberi, quā à nonnullis adhibentur. Nos & ea que sumus sumpturi, benedicat dextera Chri-

MODVS ORANDI

sti. huiusq; generis rhythmos, ut non arbitror damnandos, ita mihi melioribus credere. Nec est neesse oia infulare in tales centones. Kyrie eleyson, nusquam non recte dicitur, sed alibi tamen aptius. Et beata uisera Mariae uirginis, pie commemorantur, sed his alibi locus erat. Pro benemeritis fortassis ibi non intempestiue oratur, si paucis id fiat: pro rege, pro episcopo, pro pace, p bello, pro ceteris uoiatim orare, intempestiuus uideatur aliis. Illud probo, quod apud quosda consecratio mese sacra lecti uicula habet adiunctam, unde conueniet et in conuiuio primum oriri colloquiū. Rogabis forsitan quid sentia de his, q quotidie persoluunt liturgiam uirginis matris. Equidem haec malo qua quorundam superstitiosas ac magicis simillimas preces, quam illud in his offendit, quod ea que in sacris literis de ecclesia sponsa Christi dicta sunt, de q; sapientia patris, qui est dominus Iesus, detorqueatur ad uirginem Mariam, tum quod quaedam ibi petuntur a uirgine, que rectius peterentur a filio: Tu nos ab hoste protege, in hora mortis suscipe. Deo rectius dicitur: Sed libera nos a malo, & suscipe spum meum, Tametsi ne i his quidem est impietas, si qs simplicem affectum candide uelit interpretari, Simili affectu quidam incondonibus implorant ope uirginis, appellantes eam fontem ois gratiae. Nemo negat plurimum honoris deberi sanctissimae uirgini, ceterum ibi tempestiuus erat implorare spum Christi. Mihi magis probantur haec precule breuissimae, quas quidam quotidie dicunt de cruce domi

PER ERAS. ROT.

Na. Nam numerosas preces quibus quidam euoluendis
 globis certo numero repetunt precationem dominicã
 aut salutationem angelicam non omnino damnarim
 in laicis nisi quidam ista facientibus prodigiosa quædã
 promitterent. Hic erat locus dicendi de uarijs uulgaris
 precum superstitionibus, quæ non multum absunt à
 magicis precaminibus, sed propositis optimis orandi
 formis, non difficile fuerit rejicere quicquid ab his dis-
 crepat. Nam error infinitus est, cum simplex sit quod
 rectum est. Hoc munusculum Hieroslae nobilissime
 quod non ante natum erat, quàm tibi dedicaretur, sed
 tua causa susceptum est, ut esset quo uicissim nostri ab-
 sentis commonefieres: si tibi probabitur, non gra-
 uaberis idem optimis fratribus tuis Ioanni &
 Stanislao communicare: sin habes aliquid
 in hoc argumento melius, sequere quod
 melius est, sed interim huic nostræ
 promptæ uoluntati, saltem hoc
 præmij rependito, ut quod
 habes melius, uelis
 nobis esse
 cõmu-
 ne.

FINIS.

1873013

PER PAGE FOR

1112